RESPONSIO
AD LIBELLVM,
QVI INSCRIBITVR

Vera, & ſyncera Relatio Iurium Ducis Parmæ, contra præſentem occupationem Ducatus Caſtri.

Bibl: Secr: Soc: Coll: Rom: Jesu

Digitized by Google

B 2 F 9

Digitized by Google

RESPONSIO
AD PROEMIVM.

AVTHOR, in ſua, quam edidit, Narratione, ſcripturum ſe profitetur fideliter, ac ſyncerè nõ id ſolùm, quod pro aduentu ad Vrbem, ab eaque diſceſſu Ducis Odoardi Farneſij dictum, geſtumuè ſit; verùm & quod ſuper Reuocatione facultatis frumenta ab ipſo Ducatu exportandi, Montium Extinctione, & conſequuto Criminali iudicio. Suum intereà nomen conſultò premit, ac cælat, vt audentiùs, & ſine publicæ reprehenſionis nota, ſcripta omittat, quæ Apoſtolicæ Cameræ ius tuentur, quæque, vt cætera ab ipſo euulgata, probè illi innotuerant; atque ea tantummodò producat, quibus ſe Duci aptiùs aſſentari; ac blandiri poſſe arbitretur. In ipſa porrò rerum geſtarum, pro arbitrio, commemoratione, conuicia interijcit, quæ nulla par eſt dignari reſponſione; quippe non iniurijs, at iuribus tueri Controuerſiam decet. Venditat ſe Theologum, ac Iuriſperitum; authoritates aggerans Doctorum, & Canonum; quibus mox, tanquam repercuſſis iaculis, transfigi ab ſe ipſe ſentiet. Eius ego exemplo, quamquam dolo nullo, nomen itidem reticens, rem ſicuti peracta eſt, è probatis, ac publicis monumentis, & ſcriptis, non fucatè explanabo: meamq. Reſponſionem tribus Capitibus complectar.

Primò agetur *De facultate Frumenta è Caſtri Ditione euehendi*.

Tum *De Montium Extinctione, ac ſolutione fructuum*.

Poſtremò *De Criminis quæſtione, in Ducem mota, ac peracta*.

ODOARDVS Farneſius, Raynutij filius, Parmæ, & Placentiæ Dux, S. Romanæ Eccleſiæ Feudatarius, priuatas rationes prętexens, paruo deductus Aulicorum comitatu, contulit ſeſe ad Caſtri Ducatum Prouinciæ Patrimonij Sancti Petri in Etruria; cùmque ad Sanctiſſimi Domini N. VRBANI VIII. pedes deoſculandos accedendi deſiderio teneretur, idque, rogante Equite Alphonſo Carandino, eius in Vrbe Reſidente, impetraſſet, Caprarolam adijt, ac ſe quibus ſubinde officijs accipi vellet non quærere ſignificauit; vt qui nimirum Vrbem ſtatueret incognitus penetrare: quod Carandinus idem, & alij teſtati ſunt; & Dux ipſe, in itinere, ac Romæ, ſeſe vt incognitum gerens, ſeruauit: digniſsimè tamen, vt Ducis perſonam decebat, habitus vbique eſt: nihilq. eius Maioribus amplius, atque honorificentius, præteritorũ Pontificum tempore, præſtitum memoratur; nec ipſe quidem Raynutius Pater, cùm Roma decederet, ſub Clemente VIII. cui nuper affinitate ſe adiunxerat, officioſius quidpiam recepit à Cardinali, tum Pontificis Nepote, Petro Aldobrandino, qui vniuerſæ Eccleſiaſticæ Ditioni adminiſtrandæ præerat: vt integrè à Pontificiorum Rituum Præfectis ſcripto proditum, Vrbique, atque Orbi cognitum planè eſt.

Præterit Author humanitatis argumenta, honores, gratias, quibus Emi-

nentiſſimi DD. Cardinales Barberini, ac SS. D. N. VRBANVS VIII. Ducem proſequuti ſunt: opinione confictas offenſiones diſſeminat, verbis de induſtria generatim prolatis: tum confidenter nimis, ac familiariter de Barberinis Cardinalibus obloquutus, ad calumnias, (quo ipſe verbo vtitur) diuertit; narratque primùm, Pontificij Cubiculi Præfectum, ex eorumdem Cardinalium præſcripto, Monguido aditum ad Pontificem denegaſſe, reſponſo addito, *Abnuere ſe, nuntium pro illo ad Pontificem deferre*. Verùm res ita, vt ediſſeram, ſe habet.

Ianuario menſe, anni 1641. Famulus Raynutij Monguidi, qui à ſecretis ferebatur Labadino, Reſidēti deſignato, eius nomine aditum ad Sanctiſs. D. N. in diē Veneris, aut Saturni, à Præfecto Cubiculi poſtulauit; hic, cùm notitia Monguidi nulla ſuppeteret, quē Famulus, à ſecretis appellauerat, renunciari eidem mandauit, ſi à ſecretis eſſet, admitti illum ijs diebus non licere; ſin Reſidens, accederet. Ab hoc reſponſo, nullus vltra rogatus aditus, nec libellus de re aliqua exhibitus. Quiſnam ergo æquus Monguido expoſtulationi locus, cùm prædicti dies, admittendis ad Pontificem Principum Oratoribus, ac Reſidentibus conſtituti ſint; nec ſemel, ſi quid impedimenti ſuboriatur, aditus inopinatò deſit? Non erat profectò Authori temerè affirmandum, id peractum Barberinorum Cardinalium iuſſu, quibus nec ipſa Mōguidi poſtulatio, nec redditum proximè reſponſum innotuiſſe vllo pacto poterat. Norunt ſanè omnes, Franciſco Cardinali Barberino nil curæ fuiſſe, quò aditus ad Sanctiſs. D. N. Carandino præcluderetur, licet is ad ſe non accederet, nec quidem Canonico Iunctæ, nunc, Pontificis beneficientia, Caſtrenſi Epiſcopo, cùm Cardinalis ipſe palàm fecerit, nullam eius rei habendam eſſe rationem, multoque minùs arcendum ſua opera fuiſſe ab eo aditu Monguidum, virum haud conſpicuæ notæ, & in ipſa Aula tunc minimè cognitum. Eòque id magis, quòd nulla tum eius rei agitādæ ſe dabat occaſio, cùm Monguido nihil ipſa frumentorum Exportatio, aut Montium Extinctio, aut Criminis quæſtio, de quibus in Narratione ſermo eſt, ſuggerere negotij poſſent; nullo tum, ne leui quidem, in Ducem, vel in eius Adminiſtros inchoato iudicio.

Quòd ſi arbitrabatur Dux, ſuis conducere rationibus parari ad Summum Pontificem aditum, Monguidum iubere poterat, diù Romæ commoratum, iterum à Præfecto Cubiculi ſe admitti poſtulare, ad dies, Principum Oratoribus, aut publicis Adminiſtris non condictos: liberum illi erat, Reſidentem mittere, cui in ipſo, quod diximus, reſponſo haud quidem denegatus, ſed permiſſus fuerat aditus: poterat ad Sanctiſſimum literas dare, vel ad ſui ipſius Amicos, ac beneuolos, quibus pro auctoritate, ac numero nec peritia, nec facultas deerat, alio non intercedente, eius poſtulationem Pontifici aperire. Id ſi omiſſum eſt, de ipſis Ducis Conſiliarijs queratur Narrator, ſuamque intereà præcipitem ſuſpicionem rei veritate compeſcat.

Februario, ac Martio menſe vertente, cùm ad Sanctiſſ. D. N. delatū eſſet, frumēta è locis, Apoſtolicæ Sedi mediatè, atque immediatè ſubiectis, extrahi, & in Caſtri Ducatum inuehi, exportanda inde longiùs ab ipſa Eccleſiaſtica Ditione; cùmque ea de re narrationes, ac ſententias Præſulum aliquot accepiſſet, Eminentiſſimo D. Cardinali Antonio S. R. E. Camerario, præcepit, quò Pauli V. decreta, ac ſua ſeruarentur, Ducem Caſtri, eiuſque Miniſtros vetaret, ne ex eodem EXPORTATIONES FRVMENTORVM.

Du-

Digitized by Google

Ducatu frumenta in poſterum efferrent: quamobrem Cardinalis ipſe, pro ſui muneris ratione, ac Summi Pontificis mandata merè peragens, die 22. Martij, Duci, eiuſque Adminiſtris denuntiari iuſsit, abrogatas iam eſſe, Summorum Pontificum Decretis, ac potiſsimùm Pauli V. & D.N. VRBANI VIII. facultates frumenta è Caſtri Ducatu euehendi; edixitque, ne poſthac è Ducatu ipſo ea ſine Pontificis Chirographo exportarentur, pœnis ijſdem, quæ in Decretis indicuntur, ni paruerint, conſtitutis. Conqueritur de hac denuntiatione Dux, atque exponi in ipſa Narratione ſatagit, *Deberi haſce exportationes ob ipſam Montiſalti conceſsionem, ab Eugenio IV. Anno 1435. & à Paulo III. Anno 1537. factam; præterea apud Caſtri Duces poteſtatem eſſe frumenta extrahendi, eaq; pacatè vſos, ex quo eius Domui ea facta attributio fuerat, nec ijs vnquam ademptam eſſe, aut adimi poſſe.* At verò eiuſmodi expoſtulatio longiore eget reſponſione, quàm vt per hanc proluſionem liceat: ſiquidem huius exportationis facultas ab Eugenio permiſſa, vſque dum Petro Aloyſio Farneſio florenorum vndecim millia pro militari ſtipendio penderentur, exacta deſijt ſub Nicolao V., qui, ea pecunia Petro Aloyſio perſoluta, recepit, tenuitque pro Camera Apoſtolica Montemaltum Oppidum, anno 1447.

Facultas alia anno 1537. haud quidem impertita fuit Petro Aloyſio Farneſio in Inſtrumento cōceſsionis Montisalti, ab Apoſtolica Camera dato, verùm ea à Paulo III. addita eſt, cum is Inſtrumentũ idem Pontificia Bulla confirmauit; cuius verba conſultò Author omittit, ne Lectori innoteſcat, eumdem Pontificem apertum facere, gratuitò ſe poteſtatem permittere frumenta euehendi in quartam Ducum procreationem, ac ſeriem, in qua pariter deſitura erat Feudi attributio.

Arte eadem vtitur, confirmationem enarrans Erectionis Caſtrenſis Ducatus: eam quippe Bullæ partem prætermittens, in qua expreſsè firmatur gratuita facultas propria frumenta extrahendi, vnis Caſtri Ducibus facta, quos Paulus III. inter Romanos Barones, ac Domicellos connumerat, vectigalia ſimul memorat, portoria, ac regalia reliqua; vt ſuadeat, cum ipſa conceſsione regalium, conceſſam itidem eſſe exportandi facultatem; hancque cum portorijs, ac vectigalibus eàdem eſſe; quamuis ab ijs disiuncta, & longè diuerſa ſit. Præterit reuocationes huiuſcemodi facultatum, quas Summi Pontifices ab exceſſu Pauli III. edidere; Cauſæ item Decretum, ſub Gregorio XIII. pro ipſa Camera latum, Ducis Procuratore in ius vocato, & audito; tum Apoſtolicos Cōmiſſarios in Caſtri Ducatum allegatos, ſicuti in loca reliqua Feudatariorum, & Baronum: ſilet gratuitas facultates è Montealto extrahendi, quas rogatas Horatij Ducis Mater impetrauit, ac deinceps Octauius Dux, Alexander, & Raynutius, ſimulque Oratores Galli, & Hiſpani, ac Mercatores aliqui. Quæ omnia cùm laterent Viros à Congregatione ſub Clem. VIII. ad id delectos, de re aliter, quàm ſe haberet, retulerunt: eaq; erronea commemoratione poſita, perſcriptum Breue eſt, declarans, ac reparans facultatem frumenta euehendi. Qui autem integrè huius exportandi facultatis originem, eiuſq; reuocationem, & conſequutas inhibitiones pernoſcere velit; vtque Duces pro tempore dicto audientes fuerint, atque identidem à Summis Pontificibus eam facultatem orauerint; Reſponſionem perlegat ad Primam partem Narrationis.

EXTINCTIO MONTIVM.

Eodem Anno, Iulio menſe, poſt repetitas

Digitized by Google

titas poſtulationes Creditorum Montiũ, inter quos Viduæ, inopes Familiæ, Pia loca, atque Eccleſiæ recenſentur; poſteaquàm diutiùs actum cum Ducis Adminiſtris, vt fructus locorum Montium perſoluerētur, Generalis Cameræ Commiſſarius Duci diem dicere coactus eſt, quo fructus ipſos penderet, atque vnà ſortem Montium diſſolueret; propterea, quòd haud impleuerat, minimeq. implendas curabat conditiones, pactionesſque, in ipſa Montium erectione latas, atque initas. Et quamquam Creditores ipſi ſolutionem omni ope efflagitabant, Ducis nihilominùs Miniſtri id vſqueadeò ſemper abnuerunt, vt ne obolum quidem impendere animũ induxerint, è tanto fructuum numero, qui debebantur. Quòd autem ad ſortem attinet, eam Creditoribus Montiũ recipere haud curæ erat, quòd vererentur, ne ſibi tantummodò centuſſes centum rependerentur in loca ſingula, vt in his extinctionibus moris eſt; cùm ipſi non centum dumtaxat deberi ſibi affirmarent, ſed id inſuper, quod ſupra centum pro locis ſingulis anteà perſoluerant Duci, cuius vna culpa Mons defecerat, vt Vrbi vniuerſæ patuit.

Iudicij huius cauſa in Ioannem Baptiſtam, & Alexandrum Syros confertur, qui Caſtri Ducatum conduxiſſe prætenduntur, annuis centuſsibus nonaginta ſeptem millibus; quòd ij ſubornati ne minimum obolum eius conductionis ſoluere annuerint. Reſpondent Syri, locationem, quæ à die 29. Septembris 1638. initium duxerat, ſpondentibus ſe annuatim centuſsibus nonaginta ſeptem millibus, irritam factam, ad nonaginta millia reductam fuiſſe: ſeque, vt Duci rem gratam facerent, maiorem pecuniæ ſummam perſoluiſſe, quàm biennij conductio ferret, eo tempore, quo Ioannes Gryllus decoxit. Præterea, ſe, etiamſi tenerentur, tantùm teneri, Montium Creditoribus ſingulatim omnibus, alijſque, qui in Inſtrumento deſcribuntur, in binos Menſes perſoluere; non item Ioanni Gryllo, aut alijs Mercatoribus, qui nec Montium, nec Ducis creditores erant. Tandem, veluti Ducis Quæſtores, nolle ſe in poſterum id pendere, quod exigere minimè potuerant, ipſorum Ducis Miniſtrorũ culpa.

Vtcunque verò ſe res habeat, quæ Scriptoré neceſſitas adigebat, tam apertæ rei ſubornationis operam admiſcere, eamque, quibus ſibi viſum fuerat, temerè tribuere? Quid opus fuerat Syros ſubornare, dum propalam ipſi fatebantur, ſe perſoluiſſe ſupra quàm exegerant, ac rationes ea de re præ ſe ferebant? Si eorum creditor Dux erat, facultas aderat, illos in Ius vocandi, vt eius Procuratori ſignificatum fuit; qui tamen id vltrò abnuit, ne Ducis redditibus, ac rationibus fidem imminutum iret.

Planum porrò eſt, Ducem Montium Creditoribus obſtrictũ tum eſſe ingenti ære fructuum, neque id Narrator inficiatur: non igitur conqueri illum oportuit, ſi diù exoratus, ac ſpatio laxiore ad fructus pendendos dato, appellatus tandem de ſolutione eſt, vtque ijs pactionibus ſtaret, quas impleturum ſe, ac ſeruaturum publicis Tabulis iuratus ſpoponderat. Fallitur Scriptor, ſi verba huiuſcemodi effutiens, Cauſæ iuſtitiam euerſurum ſe putat.

Secunda pars Reſpõſionis ſi legatur, apertè patebit, Iudicium contra Ducé, ac Franciſcum Mangellum, eius Procuratorem, initũ eſſe à die 18. Iunij 1641. ob Extinctionem Farneſij Montis, Anno 1605. eo pacto erecti, vt intra annos duodecim is diſſoluendus eſſet, non tamen ante annos ſeptem: itemque palam erit, Ducem, eo non diſſoluto, nec

con-

conditionibus prorogationis ſeruatis, (cuius ob elapſum iam ſeptenniũ, declararat ipſe, Extinctionis tempus adeſſe, quam & aggreſſus fuerat) ad ipſam Extinctionem, ac ſolutionem fructuum lege vt ageretur, emiſsũ Mandatũ eſſe, die 9. Septemb. aut alio veriori tempore.

Patebit itidem, die 24. eiuſdem Mẽſis, appellatum fuiſſe Ducem, Mangellũ, vnàque Raynutium Monguidũ, quem Agentem aſſerebant, vt docerent, ſeruaſſe ſe conditiones, pacta, ſponſiones, quæ in Tabulis publicis, atque Erectione continentur Montis, quem vocant, Plani Abbatiæ, Anno 1600. fundati, nullo præſcripto termino extinctionis; Mõtis Farneſij primę, & ſecũdæ Erectionis, intra annos duodecim diſſoluendi, vt memoratum ſupra eſt; & in termino denuntiationis emiſſum fuit mandatũ: ſiquidem, ex vi Bullæ Clem. VIII. de Baronibus, & Cameralium Conſtitutionum, alijsq. rationibus, compelli Dux poterat ad ipſos Montes diſſoluendos; neque enim fructus pendebat, nec ſe aut ſeruaſſe demonſtrabat, aut curabat ſeruandas conditiones, pactioneſque, & quidquid publicis perſcriptis Tabulis promiſerat, firmatumq. in Montium erectionibus fuerat.

CRIMINALE IVDICIVM.

Per id tempus Dux, pro fructuum ſolutionis cura, quam adhibere tenebatur, egregiam aliam impendit, Parma nimirum in Ciuitatem Caſtrum, ac Ducatum ipſum Delphinũ Angelerium mittens, alioſque militares Adminiſtros: qui vt primùm eò peruenere, Quæſtorum frumenta, iam diuendita, (vt dixerant) aggreſſi ſunt capere, Caſtrum cõmeatibus, atque armamentis munire, aggeres excitare, ædificare propugnacula, vias intercidere, maiora bellica tormenta inſtruere, populares Milites paratos in armis eſſe iubere; quibus Dux Cohortes aliquot exteras addidit, Mari aduectas: eòque id omne peractum ab illo eſt, vt ſe parui pendere commonſtraret, aut vt repugnans, mandatorũ, ſententiarumq; iure dictarũ executionem impediret: vt in Actis, ac Monitorio videre eſt.

Harum rerum nouitate permotus Apoſtolicæ Cameræ Commiſſarius, poſtulantibus eius Miniſtris, ac verentibus, ne excluderentur, aut malè haberentur à Ducis Militibus, præſentiam, opemque aliorum Militum poſtulauit, vt Ciuilis Mandati executio tutè conficeretur in Montealto, Ponte Abbatiæ, Valentano, Iſcla, atque item Caſtri, inque alijs locis, Montium Creditoribus addictis.

Parte ex alia, Apoſtolicę Cameręgeneralis Auditor, tamquam à Sanctiſſimo D. N. Apoſtolico Breui die 17. Auguſti 1641. aut certiori alio tempore, ad id delectus, Ducem monuit, eique præcepit, pœnis grauiſſimis conſtitutis, vt intra dies 30. Milites, Caſtrum immiſſos, inque alia Ducatus loca, præter conſuetum Præſidium, dimitteret, reſque in priſtinum reuocaret, expreſſa conteſtatione, qua ſibi integrum faceret, de facto in ipſum Ducem agendi. At is nihil minùs dicto audiens, præſidium, ac munimenta auxit vehementiùs. Eo dilapſo dierum ſpatio, cùm Dux mandata detrectaſſet, idem Cameræ Auditor, à Sanctiſſimo D. N. pariter iuſſus, Breuibus litteris, datis 24. Septembris, eadem ſalua ſibi poteſtate de facto procedendi, atque integris rationibus Fiſco acquiſitis, nulloque præſtitutis pœnis lato præiudicio, alijſque præſeruantibus conditionibus additis; Ducem iterum monuit, iuſſitque, cautionibus iiſdem, & conditionibus condictis, pœniſque in Breui appoſitis, vt intra dies alios 15. Milites, ſupra legitimum præſidium lectos, dimitteret, atque omnia in antiquũ ſtatum reſtitueret: is verò in ſua perſeuerans peruicacia, munitiones aggerabat,

Digitized by Google

bat, commeatuſq; popularibus eiuſdem Ditionis, ac Roncilionis ſubtractos, Caſtrum inuehebat, tum grandiora manualia tormenta, plumbum, ac Milites, terra mariq; vt ſe meliùs, atque aptiùs res dabat.

Auguſto menſe, quo Dux Caſtri pręſidium augere, ac cętera eius Ditionis loca communire impenſiùs cępit, exteroſque Milites, Mari deductos, mittere; iuſſæ ſunt militares Patrimonij copiæ, ad quaſcumque Ducum iuſſiones, paratas eſſe: mox decem, aut quindecim elapſis diebus, imperata profectio eſt Cohortium aliquot, Turmarumque, vt Ducis conatibus, eiuſque Miniſtrorum occurrerent, ac repugnarent: cùmque Ducis contumacia in dies augeſceret, viſum Sanctiſſimo D.N. eſt, de ſentētia generalis Conſeſsus Eminentiſſimorum Cardinaliū, vt Copiæ eo modo producerentur, quo ſimul Tabellio ab ijs deductus Mandatum exequi, atque implere poſſet, adeòq. pro Apoſtolica Camera, cōmodo Creditorum Montium, poſſeſſionem recipere Montiſalti, Pontis Abbatiæ, Valentani, Iſclæ, Caſtri, & aliorum locorum. Atq. ita peractum eſt, Septembri, & Octobri menſe anni eiuſdem 1641. Ductorum ac Militum Ducis irrito hoſtili conatu, ac repugnantia, in Monitorio expreſſa, de quo infra dicendum eſt.

Die 21. Octobris, idem Cameræ Auditor Monitorio contra Ducem ſubſcripſit, ob eius reatum, ac crimen; in eoque enarrans munimēta, Militum collectiones, ac reliqua recèns patrata, peruicaciam, repugnantiam, reſque hoſtiliter geſtas, conſequuta cęde Militum aliquot, contra iuſtitiam, atque ipſa Sanctiſſimi D. N. arma; diem illi dixit, quo ſe Romę ſiſteret, defenderetque, atque à noxis purgaret, quæ in Monitorio, atque Actis deſcribuntur; pœna indicta excommunicationis, perduellionis, ac bonorum, Feudorumque priuationis. Cùm verò is nec ad præſtitutum diem, nec longè poſt adfuiſſet, tandem, terminis, qui iure præſcribuntur, ritè, vt moris eſt, ſeruatis, die 13. Ianuarij 1641. denuntiatus eſt excommunicatus, læſæ Maieſtatis reus, Feudiſq. priuatus; vt in ſentētia habetur.

Hanc in rem Scriptor aliqua ingerit, atque immiſcet, quæ ſatyram potiùs, quàm hiſtoriam, aut doctrinam ſapiunt; exceptioneſque aliquas affert, quibus & ciuile, & criminale Iudicium impugnaturum ſe arbitratur. RESPONSIO AD OBIECTA

Primò narrat, *D. Cardinalem Sacchettum, Signaturæ Iuſtitiæ Præfectum, recipere abnuiſſe libellum, Ducis nomine ſibi allatum, quo in eadem Signatura de Ciuili cauſa ageretur*. At enim conqueri in eo Dux debet de ſuis, quos recèns delegerat, Adminiſtris: nam ſi veterem ſuum Procuratorem adhibuiſſet, peritum virum, atque in foro, & Aula verſatum (quem ſubmouerat, nullo alio, vt tenebatur, deſignato Procuratore) haud ſanè in hunc impegiſſet errorem, Signatūrā Iuſtitiæ adiens, pro Signatura Gratiæ, quæ poſtulanda in Cauſis Cameralibus eſt, aut in ijs, quarum Commiſſionibus ipſa Summi Pontificis adſcripſerit manus. Qua de re tametſi admonitus, nihil audijt.

Opponit ſecundò, *Ducis Procuratorem die 23. Septemb. 1641. Auditori Apoſt. Cam. proteſtationem, ac libellum exhibuiſſe, quibus, tanquam ſibi inimicos, in ſuſpicione ponebat, ac recuſabat DD. Cardinales Barberinos, ipſumque Cameræ Auditorem, ac reliquos Sanctiſſimi D.N. Miniſtros, quippe qui ab eorum nutu penderent, eorumque potentiam vererentur*. Ad id tamen reſpondet Eminentiſſimus D. Cardinalis Raggius, Apoſtolicæ tum Cameræ Auditor; teſtaturque, nullam ad ſe allatam proteſtationem, aut libellum, quos ipſe vltrò recepiſſet, aut recipiendos à Tabellione mandaſſet. Verumenimuerò, vt meam ipſe hac de re ſententiam aperiam, non alijs

hic

Digitized by Google

iiic vtar reſponſionibus, quàm, quæ pridem pro Raynutio Duce editæ ſunt à Ioanne Antonio Bellonio, ſuorum Conſiliorum Quinto, contra Comitem Albertum Scottum, Placentinum, qui vulneratus, ac poſteà in ius vocatus, quòd prætexerent, illum extra Parmæ, & Placentiæ Ducatum, nulla ſibi facta facultate, commorari, ſuſpectos ſibi prædicabat Iudices, ab ipſo Duce, tamquam ſibi hoſte, delectos, locaqué affirmabat minimè tuta.

Primò, Haud præſumendum opinione eſſe, Principem odio ferri in ſibi Subiectum.

Secundò, Subiectum ipſum non excuſari, ſi vocatus non adſit, dum Princeps, vel qui authoritate præeſt, fidem illi publicam præſtat, aut offert: neque is ſaltem ſibi per internuncium excuſationem parat.

Tertiò, Cùm non tutum acceſſum ipſa Rei culpa, & crimen facit, tum Reo, vocato vt adſit, exceptionem acceſſus, aut loci non tuti nequaquam ſuffragari.

Quartò, Communi Italiæ vſu recuſationes huiuſmodi, aut exceptiones non admitti, etiam præ minoribus Principibus, quibus Ius Imperij ſit.

Quintò, Cùm de bonis Fiſco addicendis agatur, Cauſam dijudicandam eſſe ab ipſis Principis, cui bona addicuntur, Adminiſtris.

Sextò, Non ſatis integram eſſe recuſandi rationem, ipſam Iudicis delectionem à Superiore habitam, cum quo Reus litem agitat; atque adeò (addebam ipſe) Cameræ Auditorem, alioſque Præſules, ac Miniſtros, ſuſpicionis nomine, reijci minimè poſſe; quia, quòd à Superiore Iudex pendeat, aut deligatur, non is ideò ſuſpectus habendus eſt, iuxta veram Iuriſperitorum ſententiam.

Septimò, Ad conflandam Iudici, aut alij ſuſpicionem, ipſam aperiendam eſſe ſuſpicionis cauſam; ac proinde, qui ſuſpicioni aliquem, inimicitiarum obtentu, addicere ſatagit, exprimere ſimultatis cauſam debere, eamque probare, non autem vt notam ponere; aliter nullum recuſatio momentum habet. Idque actū à Duce non eſt.

Octauò, Quamuis inter Doctores quęſtio ſit, an ſuſpecta dari poſſit Vniuerſitas, Synodus, aut Ciuitas; decernantque pro rei conditionibus, ac circumſtantijs; in re tamen præſenti, cùm per ſuſpicionis ſpeciem recuſentur DD. Cardinales Barberini, Cameræ Auditor, ac Summi Pontificis Miniſtri, haudquaquam admittenda recuſatio eſt, non tantùm quia nulla eius adeſt legitima ratio, verum etiam, quia Pontifex, vt ſupremus Princeps, adigi neutiquam poteſt, directè, vel indirectè, vt Iudices extra Eccleſiaſticam Ditionem deſignet: eòque magis, quòd Magiſtratus Romæ frequentiſſimi adſunt, nec vnum in corpus, aut Tribunal coaleſcunt, ſed diuerſa faciunt: tum quòd Vrbs communis omnium Patria eſt.

Prætereà, putida hæc ſimultatis exceptio, atque acceſſus non tutus, nullam Duci parere excuſationem poteſt, quòd ad primum, ac ſecundum præceptum, quibus monitus, ac iuſſus fuerat, Milites, quos ſupra numerum contraxerat, dimittere, ac noua munimenta diruere: quia id temporis, Menſe nimirum Auguſto, Septembri, atque ineunte Octobri, non is tenebatur ſe Romæ ſiſtere; necdum vt Reus compellatus fuerat; feciſſetque ſatis, ſi ad ſuos Miniſtros Caſtrum perſcripſiſſet, ne quidquam molirentur noui; aut abſtinuiſſet ipſe ſe à bellico apparatu, & manualibus grandioribus tormentis, Plumbo, ac Militibus Parma Caſtrum mittendis. Obſequentem eſſe illum addecebat Supremo Domino, miſſionem Militibus, ſupra conſuetum præ-

præſidium lectis, mandare, ac ipſam deijcere emotam, aggeſtamque parumper bipalio terram, (quod inquit) ab Angelerio; aut intereà ſaltem ſuperſedere, dum ad Summum Pontificem confugeret, vel Procuratorem, ſui iura repręſentaturum, ad Cameræ Auditorem allegaret. His nimirum Dux officijs, decentiam, iuſtitiam, ac fidelitatem, à Subiecto, ac Feudatario debitam, cum laude præ ſe tuliſſet.

Opponit tertiò, *Se die 13. Octobris aſſigi Bononiæ mandaſſe nouam proteſtationem, ac recuſationem, altera confirmata, quam die 23. Septembris denuntiauerat.* Proteſtari, vnàque caput illidere (vt Doctorum fert paroemia) vetitum nemini eſt. Vim huiuſmodi proteſtationũ ſupra exegimus.

Quartò, *Nondum elapſo præſignato in ſecunda Denunciatione 15. dierum ſpatio ad Militem dimittendum, ac ponenda arma; die ſcilicet 14. Octobris, Caſtrum captum fuiſſe.* Hoc nos verum fatemur; non id tamen ſibi Defenſores perſuaſerant; quibus illud memoria exciderat; *Niſi Dominus cuſtodierit Ciuitatem, fruſtra vigilat, qui cuſtodit eam.* Reſpondemus autem; Non eò Ducem damnatum fuiſſe; quòd ſecundo præcepto non paruerit. Prætereà, cùm primum, aut ſecundum præceptum illi exhibitum eſt, ea declaratione in ijs præcautum eſſe, vt de facto contra Ducem, aut eius Miniſtros agi liceret, ſi intra præſtitutum ſpatium noui aliquid armis pararent; quod & fecere. Tertiò, Secundum præceptum latum eſſe, reſeruatis integrè iuribus omnibus Fiſco quęſitis, ac præiudicio nullo, aut impedimento illato ad pęnas procedendi, quibus ſe Dux, primum mandatum detrectans, obnoxium fecerat. Quartò, Arma mota non fuiſſe, vt per ea in Ducem, tamquam Reum damnatum, animaduerteretur; nondum enim in illum cęptum fuerat Criminale Iudicium: verùm auxiliaria illa erant, vt tutiùs executioni mandaretur Ciuile Mandatum, pro Creditoribus Montium emiſſum, quorum beneficio mota arma ſunt, ipſis iam 30. diebus elapſis, & ante ſecundum præceptum publicè productũ die 30. Septemb.

Siquidem, eius menſis die 28. Tabellio Creditorum Montium, armis iiſdem comitatus, Caſtrenſis Ducatus poſſeſſionem adire cępit, iudicatum faciens, in Oppido Montealto: mox die 14. Octobr. peracta res eſt, ipſa Ciuitate Caſtro, poſt dierum aliquot oppugnationem, atque obſidionem, recepta. Tandem nondum video, ex eo, quòd hìc obiectat, quid ſibi commodi comparet Narrator, niſi, vt fucum faciat, affirmetque, in ſupremam diem, & horam ſtetiſſe Duci obediendi ſpatium, eoque momento fuiſſe obtemperaturum: Perſpectum nihilominùs eſt, illum obſequendi curam omnem abieciſſe, ac per idem tempus nouos Milites ab ipſo contractos eſſe, & Parma miſſos ad ſuppetias Caſtro ferendas; ipſumque Angelerium, armis coactum, Ciuitatem pactis conditionibus dediſſe, ac demũ hoſtiliter profectum, obſidibus, quò cautum ſibi eſſet, apud ſe retentis.

Quintò, *Ducem, de ipſa Ciuitate Caſtro cuſtodienda, lege teneri: in eaq. aliàs, hoc ipſo Pontificatu, præſidium auxiſſe.* Qui Arces obtinet, ne poſſeſſione deturbetur, tutari eas debet: præſidia illarum augere dum adſit ab hoſtibus metus (vt factum vidimus, data ad id facultate, anno 1636. cùm à finitimo præſidio timeretur) prudentis Ducis eſt. Verùm, Subiectum, ac Feudatarium, dum res in tuto, ac tranquillo ſunt, neque excogitari vllis ab hoſtibus timor poteſt, producere Militem poſſe, ac munimenta excitare, ipſo Supremo Principe inuito, vel vt Iuſtitiæ, ac legibus hoſtis intercedat, vel vt ſuſpicionem Principi importet, nuſquã gentium aut Iuriſperiti, aut Politici docuere.

Sexto,

Digitized by Google

Sextò, Conuicium ſapere animaduerſum eſt ea verba, *Barberinos Caſtri Ducatum percupere, idque Duci iamdiù præuiſum.* Satius Scriptorem erat omnia explanare, atque apertè eloqui, remque patefacere, ne Lectoris animum, verbis generatim dictis; anxium, hærentemque ſuſpenderet. At is optimè nouit, præcipuam hanc eſſe Barberinorum laudem, numquam illos à Sancta Sede Apoſtolica Ditiones, & Caſtra exoptaſſe, nec gratuitò accepiſſe, aut coëmpta ſibi comparaſſe; vi, atque authoritate Principatus adnitente. Teſtis rei locuples eſt Vrbini Ducatus, tot Ciuitatibus, Oppidis, & Caſtris inſtructus, cuius Sanctiſſimus Dominus Noſter, quamquam à Principibus rogatus, vt ſaltem partem aliquam ſuæ Domui permitteret, ſicuti pridem ſuis attribuerant Iulius Secundus, & Paulus Tertius, Ducatum Camerini, Parmam, Placentiamque, atque alia Oppida; ſingulari animi conſtantia, ac magnitudine reſpondit, Suum Sancto Petro Patrimonium reſtituendũ: quod & planè peregit, nullo, vel minimo, Caſtro ab ea Ditione auulſo. Hoc loco addendum mihi eſt, Petrum Aloyſium Farneſium, annuo cenſu centuſſium fermè quadrigentorum, à Lucretia Columna Iura, quæ illi erant in Tuſculum, emiſſe, litigioſa illa, & eius vitæ ſpatio definita. Nam Tuſculum permiſſum à Iulio II. Feudi nomine, fuerat Marco Antonio Columnæ, ipſiq. Lucretiæ in eorum Filios mares, Poſterosq. Anno 1511. idéq. diuenditum anteà à Sixto IV. Hieronymo Eſtoutouille, Anno 1482. aureis florenis octo millibus. Mox Petrus Aloyſius, iure ſibi factæ ceſſionis, litem in Camera Apoſtolica Hieronymo intendit, ac ſententiam ſecundùm ſe retulit, die 2. Martij 1537.; tum eiuſdem Menſis die 7, perdurante adhuc termino decem dierum, ad prouocandum præſcripto, hæc ipſe Iura, dubia ac temporanea, permutationis nomine, Cameræ Apoſtolicæ ceſſit, à qua Caſtro, & Oppido Griptis compenſatus eſt, eo cenſu, vt libras duas Cereorum penderet; alijsque conditionibus appoſitis. His agendi rationibus penſitatis, æquum Lectoris iudicium eſto, quoſnam Caſtri cupiditas inceſſerit, atque agitauerit.

Septimò, Exponit, *Auctum ab Duce Caſtri præſidium, quòd vereri is poſſet, nè Fratres Barberini centum illuc immitterent Exules, quorum magnum numerum Romæ, viciniſque in locis coegerant; eòque inſinuationem prætexerent apud Pontificem, qua contra Ducem agendum ſuaderent, vtpotè qui ſuo muneri, atque obligationi defuiſſet, Caſtri cuſtodia neglecta.* Muniri Dux præſidio iuſſit non ipſam tantummodò Ciuitatem Caſtrum, verùm & Oppidũ Montemaltũ, Pontemque Abbatiæ; haud eo ſanè conſilio, quòd ſibi ab Exulibus timeret, ſed ſeſe vt Iuſtitiæ conficiendæ, ac Sanctiſsimi D. N. iuſſibus opponeret. Verumenimuerò, ſi is ingens aderat Exulum numerus, quid tum reliqua, quæ magis patebant, loca, ditiora, atque ipſis Exulibus propinquiora, nuda præſidio relicta ſunt? Non equidem Dux, nouem, decemue hominum metu, è Regno extorrium, quos publicæ quietis cura ab agro Reatino abſtraxerat, eò vrgebatur, vt Parma Caſtrum mitteret ducentos, eoque ampliùs, ſtipendiarios Milites, ac ſupra mille armatorum Popularium inſtrueret, vias intercideret, propugnacula ædificaret; Caſtrumque importanda præciperet tritici, ac farinæ medimnorũ fermè duo millia, plumbum, grandiora manualia tormenta, funem igniariũ, nitratum puluerem, oleum, ſuccidiam, caſeum; aliosq. commeatus. Decem non ampliùs homines, præ ipſo difficili loco, ac ſitu, Caſtri aditu vel integrum Exercitum arceant. Notumque eſt, ante

Iulium

Iulium mēſem ,cuſtodes, qui Caſtri pro præſidio aderant, quatuor, aut ſex fuiſſe; qui numerus, dum ſuſpicio abſit, tuendæ Ciuitati non impar exiſtimatur.

Octauò, *Cameræ Apoſtolicæ Auditor, aliique Summi Pontificis Miniſtri, ſummam, apertamque potentiam pertimeſcunt; cùm vnà apud tres Fratres Barberinos ſint, Iuſtitiæ adminiſtratio, Camera, Arma, atque Arces Eccleſiaſticæ Ditionis*. Alia non eſt trium Fratrum potentia ab ipſa Apoſtolicæ Sedis, & Romanæ Eccleſiæ; cuius dicto cùm Dux, vt par fuerat, non audierit, coacta illa eſt, Arma mouere, Ducíſque Miniſtros ad obtemperandum iuſtitiæ compellere, debitamque clientelæ fidē, atque obſequium Principi referendum. Hæc verba (præter quàm dictum ſupra eſt) quod ad Ciuile, aut Criminale Iudicium attinet, abſurda, atque abſona videntur: Magiſtratus enim, ac Iudices, à Sanctiſsimo Domino Noſtro delecti, profitentur ſe nec metuere, nec metuēdi anſam vllam à Barberinis habere; hoſque nihilominùs in ſuſpicionē Dux vocat, quòd ipſi Iudices metuant.

Animum Dux rebus aduertat, quæ ſub Paulo III. geſtæ memorantur, comperietque, Guidubaldum, Vrbini Ducē, ac Ducem Camerini Iuliam, Benedictū Accoltum Cardinalem Archiepiſcopum Rauennatem, Aſcanium Columnam, alioſque Feudatarios, quamuis peculiares, ac proprias ſimultatum cauſas haberent, vocatos tamen in ius fuiſſe, atque adeſſe iuſſos coram Præſulibus, qui tum ab authoritate penderent Cardinalium Alexandri Farneſij, Vice-Cancellarij, vniuerſæ Eccleſiaſticæ adminiſtrationi præſidentis, & Guidonis Aſcanij Sfortię Camerarij; tū Petri Aloyſij Farneſij, S. R. E. Ductoris, & Vexilliferi; apud quos vnà erant Iuſtitiæ adminiſtratio, Camera, Arma, & Arces Eccleſiaſticæ Ditionis.

Atque hæc dicta ſint ad ea; quæ à Scriptore obijciuntur: quibus à me, ipſa facti narratione, reiectis, certum, exploratumque eſt, rectum, iuſtumque eſſe Criminale Iudicium, Ducemque pronuntiatum iure excommunicatum, ac Maieſtatis Reum; proindeq. lege in eum agi ritè poſſe, ipſa etiam addita Interdicti irrogatione.

Poſtremò narrat, *Summum Pontificem, aſsiduis Barberinorum commemorationibus, in eam fidem adductum, vt nec permittendum putarit, nec gratum acceptumue habuerit, ſi i ad pedes Oratorem ab Duce allegari*. Perſpicuum eſt, Sanctiſsimum Dominū Noſtrum non regi, ſed regere; conſtat, quàm is acriter rebus pernoſcendis animum adijciat: reſponſa, poſtulatis hiſce ab eo reddita, planum facere Duci potuere, adductus ne in eam fidem Pontifex ſit, an penitùs inſpexerit, quæ ab illo peruicaciter, hoſtiliter, atque inofficioſe geſta, ac patrata ſunt; quibus adornari excuſatio nulla poteſt. Proœmij coronidem facere, oblatam à Duce legationem, ſe ſe vt Pontifici demitteret, rei ſtatum neutiquam animaduertere, eumque prorſus ignorare eſt. Subiectus, perduellionis poſtulatus, vocatus adeſſe, ac Reus peractus, quid de legatione agat? Ab Iudicio Negotium ſanè quàm diſtat.

Breuiter à me hactenus reſponſum eſt ad exceptiones, & calumnias, quæ in Proœmio, ſeù Narrationis facto afferuntur; plenè poſthac, atque integrè ad omnia reſpondebitur, quæ Author in Primam, Secundam, ac Tertiam ſuæ Narrationis partem redegit.

Digitized by Google

PARS PRIMA

De facultate exportandi Frumentum ex Ducatu Caſtri ad loca Sedi Apoſtolicæ mediatè, vel immediatè ſubiecta, vel extra Statum Eccleſiaſticum, abſque Chirographo Summi Pontificis.

INCERTVS Author in Relatione iurium Odoardi Farneſij Ducis ſuper Ducatu Caſtri probare nititur eidem Odoardo cõpetere facultatem extrahendi Frumentũ ex Montealto, ac alijs Oppidis, Terris, & locis Ducatus Caſtri, & conducendi ad quæcumque loca etiam Sedi Apoſtolicæ mediatè, vel immediatè ſubiecta tàm ex litteris Eugenij Quarti, quàm ex litteris Pauli Tertij, & Clementis Octaui. Secundo Duces Caſtri vigore huiuſmodi facultatis diuerſorum Romanorum Pontificum temporibus extraxiſſe frumentum abſque vllo impedimento, & retinuiſſe quaſi poſſeſſionem extrahendi non obſtantibus Conſtitutionibus, ſeu litteris, & inhibitionibus Pij Quarti, Pij Quinti, & forſan aliorum Pontificum, qui prohibuerunt eiuſmodi extractiones, & reuocarunt facultates extrahendi etiam Marchionibus, Ducibus, & alijs Dominis tẽporalibus conceſſas. Poſtremo Summos Pontifices in huiuſmodi litteris, & Conſtitutionibus non habuiſſe animum comprehendendi Duces, & Ducatum Caſtri, neque illi legem dixiſſe, aut edicere potuiſſe, ne frumentum extraherent abſque licentia Summi Pontificis.

Qua in re, vt Lector intelligat, an veritate nitantur, quæ longo verborum circuitu in Relatione narrantur, facti ſeriem proponam, deinde quid de iure cenſeam reſpondendum aperiam.

Poſſidebat Romana Eccleſia, prout poſſidet in Tuſcia Prouinciam Patrimonij Beati Petri, in qua recenſentur Ciuitas CASTRI, CANINVM, GRADVLAE, ABBATIA AD PONTEM, VALENTANVM, LATERA, PINZANVM, CASSANVM, TASSANVM, MARTHA cum Inſula, MONSALTVS, GRIPTAE, necnon Caſtra BISENTII, CAPITISMONTIS, PIANZANI, & ARLENAE cum Tenutis CIVITELLAE, & MEZANI circumdata ex omni parte Terris, & locis Sedi Apoſtolicæ ſubiectis, & cum aliqua ex præfatis Caſtris Ciuitas Vrbeuetana occupaſſet, & iuriſdictionem in eis exercere prætenderet Bonifatius VIII. die quarta Septembris anno ſecundo, 1296. declarauit dictæ Ciuitati nullam competere iuriſdictionem ſuper incolis, & Caſtris Vallis lacus ad Eccleſiam Romanam ſpectantibus, ſcilicet in Latera, Gradulis, Griptis, Sancto Laurentio, Bulſeno, & in eius Lacu, & Inſulis, ac in Inſula prius Biſentina tunc Vrbana, ex hoc autẽ noluit derogari vſui, & iuri ſi quod in eodẽ Lacu Caſtrum Biſentij, & Capitiſmontis haberet. Poſtmodũ pro eiuſdem Prouinciæ felici regimine die 20. Ianuarij Anno V. ſcilicet 1299. generales fecit ordinationes, *in Sum. nu.* 1. & inter alia prohibuit, ne bladũ, vel Annonæ graſcia (ſunt verba Conſtitutionis) extra terminos Patrimonij extraheretur, niſi exportaretur ad locum, in quo Curia Romana moraretur, vel ad Vrbem; conceſſit tamen, vt de Ciuitate, Caſtro, vel Terra Patrimonij ad aliam Terram, Caſtrum, vel Ciuitatem de licentia Rectoris Patrimonij deferri

poſſet; ordinationem huiuſmodi fuiſſe perpetuò obſeruatam inconcuſſa vſque ad præſentem diem conſuetudo teſtatur, & conſtat ex libris Cameræ Apoſtolicæ, inter quos adſeruatur liber Theſaurarij Patrimonij ſub Ioanne XXII. ab anno
2 1331. confectus, *in Sum. nu. 2.* in quo deſcripta ſunt Caſtra, & nomina eorum, qui obtinuerunt licentiam extrahendi frumentum, ſeu aliud genus graſciæ è locis Patrimonij ad alium locum eiuſdem Patrimonij, vel extra Statum Eccleſiaſticũ, & nominatim à locis in Ducatu Caſtri comprehenſis, videlicet à CANINO, GRADVLIS, VALENTANO, LATERA, PLANDIANO, PLANIANO, MARTHA, & INSVLA, BISENTIO, CAPITEMONTIS, & GRIPTIS, vt omittam ISCHIAM, FARNETVM, CELLVLAS, ONANVM, PROCENVM, SVPPANVM, MONTEMACVTVM, & alia loca ſupradictis contigua. Ex huiuſmodi Caſtris nonnulla peruenerunt varijs temporibus in familiam de Farneto, & ex illis Paulus Tertius Caſtri Ducatum erexit, vt ſigillatim tempori obſequens breuiter indicabo.

3 Balthaſſar Coſſa Sancti Euſtachij Diaconus Cardinalis Sedis Apoſtolicæ Legatus Vicariatum VALENTANI, & LATERAE, ſub annuo cenſu conceſsit Petro, & Petro Bertholdo Rainutij de Farneto ad tertiam generationem anno 1409. dum maximũ in Eccleſia Dei Schiſma vigeret.

Et quia Concilium Conſtantienſe, & Martinus V. omnes infeudationes, & conceſſiones de Ciuitatibus, Caſtris, & locis ab exorto Schiſmate, ſcilicet ab anno 1378. citra factas reuocauerat, idem Martinus Petro, & Petro Bertholdi, & Rainutio de Farneto omnia, & ſingula priuilegia, immunitates, infeudationes, & conceſsiones de quibuſcumque Ciuitatibus, Terris, Caſtris, Villis, Fortalitijs, Tenimentis, & alijs locis ad Romanam Eccleſiam ſpectantibus per quoſcumque Romanos Pontifices, ſeu pro Romanis Pontificibus habitos, eorumque Legatos, & Rectores Prouinciæ Patrimonij, *in qua Ciuitates, Terræ, Caſtra, & loca huiuſmodi ſituata fore noſcuntur* auctoritate Apoſtolica cõfirmauit ſecundo Idus Septembris Pontificatus Anno Secundo.

Idem Martinus Rainutio de Farneto conceſſit ad vitam Caſtrum PIANZANI Tuſcanenſis Diœceſis ſub annuo cenſu. Idus Maij Anno quinto 1422.

Eugenius IV. MARTHAM cum Roccha, & Cannaria Rainutio Petri de Farneto conceſſit in pignus ad quinquennium, donec reſtituerentur floreni auri 4000. tertio Idus Iunij 1432. prout fuerunt reſtituti ſub Nicolao V.

Idem Pontifex eidem Rainutio poſsidentem medietatem Caſtri TASSANI cõcedit aliam medietatem ad beneplacitum ſub annuo cenſu Nonas Maij 1435.

Idem conceſsit in Vicariatum Rainutio de Farneto medietatem Caſtrorum CANINI, GRADVLARVM, & ABBATIAE ad Pontem, vſque in tertiam generationem ſub cenſu. quinto Idus Iunij 1445.

Pius II. Angelo, Gabrieli Franciſco, & Petro Aloyſio dedit in pignus MARTHAM cum Roccha, & Cannaria pro florenis ſex millibus. tertio Nonas Maij 1461.

Paulus II. Caſtra VALENTANI, LATERAE, TASSANI, & PINZANI, medietatem GRADVLARVM, CANINI, & ABBATIAE AD PONTEM conceſſit Gabrieli Franciſco, Petro Aloyſio, & Petro Bertholdo in Vicariatum ad tertiam generationem ſub annuo cenſu. duodecimo Kalendas Nouembris 1464.

Idem Paulus aliam medietatem Caſtrorum CANINI, GRADVLARVM, & ABBATIAE AD PONTEM concedit Gabrieli Franciſco, & Petro Aloyſio quondã Rainutij in Vicariatum vſque in tertiam generationem. duodecimo Kalendas Nouembris 1464.

Alexander Cardinalis Farneſius poſtea

Paulus

Digitized by Google

Paulus Tertius Caſtrum Vici dirutum cum Tenuta Casamalae emit à Franciſco Maria de Ruuere, qui illud ſub annuo cenſu tenebat in Vicariatum ab Eccleſia Romana, tenendum ſub eodem cenſu. die 19. Ianuarij 1504.

Leo X. conceſſiones de Caſtris Canini, Gradvlarvm, Abbatiae ad pontem, Valentani, Laterae, Pianzani, Tassani extendit ad Petrum Aloyſium, & Rainutium filios præfati Cardinalis Alexandri legitimatos, Caſtrumque Laterae, & Marthae cõcedit in Vicariatum cum ampliſſima facultate ſub annuo cenſu Nono Kalendas Iulij 1513.

Idem Leo Rainutio, & Petro Aloyſio de Farneſio conceſsit in Vicariatum Caſtrum Caprarolae ſub cenſu. Octauo Idus Iulij 1521.

Clemens VII. dedit Alexandro Cardinali Farneſio Caſtrum Roncilionis tenendum, & vſufructuandum, donec mutuum duorum millium ducatorũ illi fuerit reſtitutum. die 17. Decembris 1526.

Paulus Tertius conceſſit Octauio de Farneſio Civitatem Nepesinam ad ipſius vitam. quarto Idus Auguſti 1536.

Petrus Aloyſius Farneſius emit à Lucretia de Ruuere iura litigioſa ſuper Caſtro Fraſcati, quæ per obitum ipſius Lucretiæ expirabant (Caſtrum enim Fraſcati fuerat conceſſum Marco Antonio Columnæ, eidemque Lucretiæ pro ſe filijs, & nepotibus maſculis) eaque ceſsit Cameræ Apoſtolicæ, quæ in permutationem dedit Petro Aloyſio Ciuitatem Castri, & Oppidum Griptarvm reſeruato ſupremo Dominio eidem Cameræ, ac ſub cenſu duarum librarum ceræ, & onere accipiendi rubra Salis ſexaginta annuatim ab eadem Camera Apoſtolica, vt in Inſtrumento die 7. Martij 1537.

Et quantum attinet ad Caſtrum Montisalti, Martinus V. Caſtra Montisalti,
4 Marthae, Abbatiae ad pontem, Mvsignani, Pianzani, Castrigrondae, & Castricardinalis cõceſsit Tartaleæ de Lauello in Vicariatum ad triennium ſub cenſu vnius libræ argenti. nonis Octobris Anno ſecundo 1419.

Idem Martinus Ciuitatẽ Tvscanellae erexit in Comitatum cũ Caſtris Canini, Montisalti, Marthae, Abbatiae ad pontem, Pianzani, Sipicciani, Cincelli, Castriaraldi, Mvsignani, Castricardinalis, & Castri grondae, quem conceſsit eidem Tartaleæ pro ſe, & filijs, & qui naſcentur ab illis, vt in Bulla ſexto Idus Septembris Anno quarto.

Eugenius Quartus conceſſit Rainutio q. Petri de Farneto Caſtrũ Montisalti Viterbieñ, & Tuſcaneñ Diœceſis cum Roccha Territorio, & diſtrictu, & molendino, & paſſaggio, alijſque iuribus &c. poſsidendum, tenendum, regendum, gubernandum, & cuſtodiendum ad quinquennium nomine Romanæ Eccleſiæ cũ facultate exigendi, & percipiẽdi fructus, ac in proprios vſus conuertendi, donec Camera Apoſtolica reſtitueret ſummam vndecim millium, & noningentorum florenorum, quorum erat creditor ratione ſtipendiorum, vt latius in Bulla data Romæ quarto Idus Ianuarij anno ab Incarnatione Dominica 1433.

Hic obiter notandum eſt in tot Inueſtituris, ſeu conceſſionibus nullam huc vſque conceſſam fuiſſe facultatem exportandi frumentum extra Statum Eccleſiaſticum, nullam de ea fieri mentionem, nulla adeſſe priuilegia præter ea, quæ cõmuniter alijs Vicarijs Sedis Apoſtolicæ concedi conſueuerunt; ſed proſequamur.

Poſt duos ferè annos Eugenius conceſſit idem Caſtrum Montisalti eidem 5
Rainutio ad triennium à data litterarum cõputandum cũ facultate percipiẽdi fructus, donec dicti ducati 11900. reſtituerentur, ſub cenſu tamen decem librarum ceræ laboratæ, priores litteras, quoad reli-

Digitized by Google

quum futurum tempus reuocando, ac ſuperaddidit facultatem extrahendi frumẽta per hæc verba, *Et inſuper tibi, ac tuis dicta conceſſione durante frumentum, & cæteras alias res, & bona in territorio, & diſtrictu huiuſmodi dumtaxat recollecta, iure Dohanæ Salis excepto ex dicto Caſtro, eiuſque territorio, & diſtrictu extrahi, & ad loca quæcumque tàm per Mare, quàm per Terram dummodo nobis, & prædictæ Romanæ Eccleſiæ inimica non exiſtant conduci, & deferri faciendi plenam, & liberam auctoritate Apoſtolica concedimus facultatem*, vt in Bulla data Florẽtię Anno Incaruationis 1435. quarto Kalendas Decembris Pontificatus Anno quinto, *in Sum. nu.* 3. & hic eſt primus titulus, quo Domini de Farneſio poſſederunt Caſtrum Montisalti.

6 Nicolao V. in locum Eugenij ſubrogato promiſit idem Rainutius ſe reſtiturum Caſtrum Montisalti, dummodo Põtifex polliceretur, quod Camera Apoſtolica illi perſolueret ſummam nouem millium florenorum ex vndecim, quos reſtituere tenebatur. Ideoque Pontifex pro dicta ſumma nouem millium florenorum obligat, & adiudicat eidem Rainutio pro ſe, & hæredibus omnes fructus, & redditus pecuniarios prouenientes ex Prouincia Patrimonij Beati Petri in Tuſcia vſq. ad integram ſatisfactionem, ſi, & poſtquã Caſtrum Cameræ Apoſtolicæ reſtituerit, præcepitque Theſaurario Patrimonij, vt præfatam ſummam abſque alio mandato perſolueret, vt in Bulla data Romæ Anno Incarnationis 1447. decimo octauo Kalendas Nouembris Anno primo.

Poſtmodum idem Nicolaus V. præfatam Bullam caſſari mandauit, prout fuit caſſa, quia Rainutio fuerat ſatisfactum de florenis 9000. & Caſtrum fuerat Cameræ Apoſtolicæ reſtitutum, ſic enim legitur ad latus Bullæ *Caſſa de mandato Domini Noſtri Papæ, quia ſatisfactum eſt Rainutio, reſtituitq. Caſtrum Montisalti. in Sum. n.* 3. *S. Cousin.*

Poſt hæc idem Nicolaus elegit Dohanerios Patrimonij, qui frumenti ex Montealto extrahendi curam haberent, prout etiam fecerunt alij Pontifices pro tempore, & Camera Apoſtolica vſque ad annum 1535. poſſedit Caſtrum Montisalti, cuius Communitati (vt alias omittam) conceſſit Tractam centum modiorum frumenti menſe Auguſti 1531.

Die 29. Maij Anno 1535. Præſidentes & Clerici Cameræ Apoſtolicæ ob varia damna, quæ, vt aſſerebatur, habitatores Terræ Montisalti affidatis Dohanæ inſerebant, Terram Montisalti cum piſcina, alias Valſanguinara, macchia dell'orto, Caſtellaria, Banditella, Campoſcala, e Malferrante, & forſan alijs Tenimentis, ſeu Villis, & pertinentijs conceſſerunt eidem Petro Aloyſio pro ſe, & ſuis filijs, & nepotibus ex maſculina linea deſcendentibus vſq; ad quartam generationem incipiendam à ſuis filijs in feudum nobile ſub annua reſponſione vnius crateris argenti pōderis vnius libræ, hoc dicto quod teneretur arcem dictæ Terræ reſtaurare, & melioramenta finita generatione intelligerentur donata Cameræ Apoſtolicę, & cum onere dimittendi Corſos, & manutenendi nonnullos equites, & prout latius in notula Inſtrumenti continetur. *in Summ. num.* 5. 7

Paulus Tertius omnia, & ſingula in Inſtrumento Cameræ Apoſtolicæ contenta approbauit, & confirmauit, ac poſtea ſubdit: *Et nihilominus dicti Eugenij prædeceſſoris veſtigiis inhærendo volentes erga eumdem Petrum Aloyſium nos reddere* gratioſos, *ei, ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus præfatis frumenta, & alia bona ex Montisalti, & aliis ſuis Oppidis, Terris, locis, quæ, vt præfertur, obtinet, eorumque diſtrictibus, & Territoriis liberè, & aſque ſolutione alicuius vectigalis, ſeu pedagii extrahendi, & ad loca quæcumq. tàm per Mare, quàm per Terram conduci faciendi plenam per præſentes* 8

conce-

Digitized by Google

concedimus facultatem, vt in Bulla data Romæ anno Incarnationis 1535. duodecimo Kalendas Ianuarij Pontificatus ſecundo. *in Summ. num.6.*

Poſt annos quinque obſeruatum eſt deficere teſtes in notula Inſtrumenti ſuper conceſſione Montisalti, quam Notarius rogatus, ex quo obierat in publicam formam redigere non poterat, ideoque Clerici Cameræ Apoſtolicæ decreuerunt dictæ Notulæ in iudicio, & extra fidem eſſe adhibendam, & plenam facere probationem, quod decretum, ac etiam conceſſionem in aliquibus per feudatarium adimplendis modificatã, idem Paulus cõfirmauit ſexto Idus Iunij 1542. Et hic notandum eſt in confirmatione præfati Inſtrumenti nullo adiecto onere concedi facultatem extrahendi frumenta non ſolum ex Montealto, ſed etiam ex alijs Caſtris, quæ Petrus Aloyſius obtinebat, licet de illis non inueſtiretur.

9 Inſuper idem Paulus in Bulla erectionis Ducatus Caſtri narrat ſe conceſſiſſe facultatem extrahendi frumenta ex locis de quibus agitur, *& cõducendi ad quæcumquè loca etiam Romanæ Eccleſiæ mediatè, vel immediatè ſubiecta*; caſſat, & annullat omnes Vicariatus, & Titulos cum omnibus iuribus in totum, vel in partem aduerſantes, vel limitantes erectionem Ducatus Caſtri; Cenſus omnes remittit, & extinguit; in reliquis litteras, & conceſſiones omnes, & ſingulas, ac omnia, & ſingula priuilegia, indulta, gratias, facultates, remiſſiones, abſolutiones, inueſtituras, exemptiones, & libertates approbat, & confirmat; deinde Ciuitates Castri, & Nepetea, ac caſtra Canini, Gradvlarvm, Abbatiea ad pontem, Valentani, Laterae, Pinzani, Cassani, Tassani, Marthae cum Insvla, & (quæ per errorem libera aſſeruntur ab omni ſuperioritate) Capvtmontis, Bisentivm, Pigienna, Mozanvm, Pianzanvm, Arlevm, Civitellam, Monsaltvm, & Griptarvm in vnum corpus vniuit, & adinſtar aliarum Ciuitatum, & Terrarum, Ducatus titulo, & præheminentijs erexit, ac Petro Aloyſio, & Octauio, & ſuis primogenitis conceſſit, ac eos inueſtiuit Pridie Kalendas Nouembris Anno Incarnationis 1537. Pontificatus Anno Tertio, & confirmauit decimoquarto Kalendas Ianuarij Anno Incarnationis 1537. Pontificatus Anno Quarto *in Summ. num.7.*

Migrauit ad Dominus Paulus III. mẽſe Nouembris Anno 1549., in cuius locum ſubrogatus eſt Iulius Tertius Anno 1550. qui loca Ducatus Caſtri, & reliquam Patrimonij Prouinciam, quoad pertinet ad rem frumentariam ijſdem legibus, quibus cæteros feudatarios, & ſubditos rexit,
& gubernauit: ipſo enim regnante Ca- 10
mera Apoſtolica, eiuſque Clerici decreuerunt, & declarauerunt quanti veniret ſingulis annis rubrum frumenti vendendi in Vrbe Romana, & in locis vicinis, & ſpecialiter ſtatuit pretium frumento vendendo in Ciuitate Corneti, in Ciuitate vetula, & in Caſtro *Montisalti*, vt in decreto die 12. Septembris 1550. in decreto die 16. Septembris 1551. in decreto die 16. Septembris 1552. in decreto die 11. Septembris 1553. in decreto die 27. Auguſti 1554. *in Summ. num.8.*

Idem Pontifex generalem Commiſſa- 11
rium in Prouincia Patrimonij conſtituit Alexandrum Palanterium Annonæ almę Vrbis Præfectum cum facultate cogendi omnes cuiuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, & dignitatis exiſterent ad vendendum frumentum Camerę Apoſtolicæ pro rationabili pretio, & faciendi proclamata ſub quibuſcumque, tàm corporalibus, quàm pecuniarijs pœnis, ne frumenta, & graſcia alio, quam ad dictam Vrbem exportaretur, vt latius in Breui die 11. Auguſti 1554. continetur, cuius mandati vigore die 23. Nouembris eiuſdem anni

idem

Digitized by Google

idem Alexander emit ab Octauio Farneſio Duce Parmæ, vt alios omittam, rubra 1200. frumenti ſtatus Caſtri, eaque ad Vrbem ex Montealto Mari tranſlata fuerunt.

Inſuper Congregationem inſtituit pro Annona Vrbis procuranda, in qua numerantur Cardinales de Carpo, Marcellus Card. de SanctaCruce, Ioannes Card. Moronus, Federicus Cardinalis de Ceſis, Ioannes Cardinalis S. Vitalis, Io. Baptiſta Cardinalis S. Clementis.

Et publico proclamate edixit, ne aliqua perſona cuiuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, vel præeminentiæ exiſteret Mari, vel Terra granum, farinam, & blada extraheret, etiamſi facultatem extrahendi haberet, abſque licentia manu Suæ Sanctitatis ſignata, & deinde conceſſit Guidoni Aſcanio S. Mariæ in Via lata Diacono Cardinali de Sancta Flora Camerario, vt ijs, qui ex proprijs laborerijs frumenta colligunt, facultatem extrahẽdi concedere poſſet cum Theſaurarij generalis ſubſcriptione, vt in motu proprio, qui fuit regiſtratus in Camera Apoſtolica menſe Decembris 1554.

12 Die 27. Ianuarij 1552. prçfatus Guido Aſcanius Camerarius Thomæ de Caualcantibus, & Ioanni Giraldo Mercatoribus Florentinis conceſſit facultatem extrahẽdi ex *Ducatu Caſtrenſi* ad Vrbẽ rubra 440. in circa habita in ſolutum à Hieronyma Vrſina Parmæ, ac Placentiæ Duciſſa, & Ducatus Caſtrenſis Adminiſtratrice nomine Horatij Farneſij Ducis Caſtri, & die 3. Martij 1552. conceſſit eiſdem Mercatoribus facultatem extrahendi ex *Montealto, & alijs locis Ducatus Caſtri* ad alias Prouincias, Ciuitates, & loca Sedi Apoſtolicæ ſubiecta rubra 500. in circa, quæ ab eadem Hieronyma ad bonum computum ſummæ per Horatium Farneſium debitæ receperant *in Summ. num.* 9.

Inſuper idem Pontifex ne frumentum de loco ad locum exportaretur, curam demandauit Alphonſo Epiſcopo Burgi Sancti Sepulchri, cui ad Vrbem reuocato ſubſtituit Vicelegatum Patrimonij pro Prouincia Patrimonij, Vicelegatum Peruſiæ pro Vmbria, Gubernatorem Vrbiſueteris pro eius gubernio, vt in Breui die 12. Iunij 1554. Dominos verò de Picolominibus de Caſtro Montis Marciani à Pio II. inueſtitos, qui prætendebant ratione immunitatum per Sedem Apoſtolicam conceſſarum poſſe extrahere frumentum in Territorio Montis Marciani collectum, ſeque, & incolas non comprehendi in Prouinciç edictis, & Tractarum oneribus, monuit, ne deinceps ſine licentia Theſaurarij Marchiæ ex territorio Montis Marciani frumentum extraherẽt, vt in Breui die 15. Iulij 1554.

Iulius, & Marcellus Secundus Annona florente deceſſerunt. Paulus Quartus die 23. Martij 1555. electus eſt Pontifex, quò pariter regnante Camera Apoſtolica, & eiuſdem Clerici frumento vendendo in Caſtro *Montiſalti* ſtatuerunt pretium, vt in decreto die 11. menſis Octobris anno 1555. & die 12. Octobris 1556. à quo tempore cum Roma, & Populi Finitimi Annonæ penuria premerentur, creati ſunt Commiſſarij generales in toto Statu Eccleſiaſtico contra eos, qui frumentum extraherent, vel alias Bandimentis non paruiſſent, & ſpecialiter.

Anno 1557. die 9. Octobris electus eſt 13
Antonius Paganellus Commiſſarius in toto Patrimonio, Vrbeueteri, Tiberina, & Tuderto, alijſque locis *mediatè, vel immediatè* ſubiectis cum facultate ordinandi, & exequendi, quæ circa frumentum, & Annonam iudicaret opportuna, & prçcipiendi omnibus Vicelegatis, Dominis, Baronibus, & Feudatarijs, vt ſibi parerent, & fauerent.

Die 28. Iunij 1558. electus eſt Commiſſarius Fabius Cordella in Prouincia Patri-

Digitized by Google

Patrimonij, Vrbeuetere, Ciuitate Caſtellana, Nepe Sutrio, & *Statu Caſtri*, & alijs locis mediatè, vel immediatè ſubiectis cum ſupradictis, & alijs facultatibus oretenus datis; die 5. Decembris conceſſa eſt eidem facultas puniendi contrauenientes etiam ſub pœna capitis, ſeu mortis naturalis. die 16. Februarij 1559. idem Fabius electus eſt pariter Commiſſarius, ſeù in Commiſſariatus officio cõfirmatus à Cardinalibus ad Annonam Vrbis procurandam electis.

Die 23. Iulij 1559. Valentinus Pellegrinus electus eſt Commiſſarius in toto Statu Eccleſiaſtico, & ſpecialiter in toto Patrimonio, *& Statu Caſtri*, & alijs locis mediatè, vel immediatè ſubiectis Sedi Apoſtolicæ cum facultate præcipiendi omnibus Dominis, Baronibus, & Feudatarijs vt ſibi parerent in ijs, quæ circa Annonam decreuiſſet *in Summ. nu.* 10. & præfati Commiſſarij ſuum munus exequentes in Ducatu Caſtri emerunt frumenta, eoſque, qui bandimentis non paruerant, punierunt, aliaque egerunt, quæ habebant in mandatis, vt conſtat ex eorum libris, quos tunc temporis in Camera Apoſtolica exhibuerunt.

14 Sede vacante per obitum Pauli Quarti Guido Aſcanius Cardinalis Camerarius ad preces Duciſſæ Caſtri, ſubditis eiuſdẽ Duciſſæ, & alijs conceſſit facultatem extrahendi ex *Ducatu, & Statu Caſtri* frumẽtum recollectum in eodem Ducatu, & iuſſu Pauli Quarti adſeruatum ad quæcũque loca, præterquam ad partes infidelium &c. vt in litteris patentibus. die 2. Septembris 1559. *in Summ. num.* 11.

15 Pius Quartus die 26. Decembris 1560. ad Pontificatum euectus, vt Romam Annonæ copia pelliceret die 30. eiuſdem mẽſis, ſcilicet poſt tres dies ab electione numerandos, omnes facultates extrahendi frumenta, & cuiuſuis generis blada ex quibuſcumque Prouincijs, Ciuitatibus, Terris, locis *mediatè, vel immediatè* ſubiectis etiam ex cauſa onerosa quibuſcumq. perſonis cuiuſcumque dignitatis, & gradus conceſſas reuocauit, ac omnia, & quæcumque proclamata, & prohibitiones de non extrahendo frumenta innouauit, vt in Breui die 3. Decembris 1560. ſuſcepti Apoſtolatus officij anno primo in Bullario impreſſo anno 1579. nu. 7. fol. 491. *in Summ. num.* 12.

Idem inhibuit omnibus Baronibus, & Dominis temporalibus ſub pœna rebellionis, læſæ Maieſtatis, & confiſcationis bonorum, & dominiorum, ne frumenta, blada, & legumina extra ſtatum Eccleſiaſticum extraherent, ſeu extrahi facerent, ſine licentia in ſcriptis Clericorum Cameræ tunc deputatorum ſuper Annona, vt in motuproprio ſub num. 36.

Qua propter Guidobaldus Vrbini Dux 16
expoſuit Pio Quarto, Duces Vrbini, vti Dominos Piſauri, & Senogalliæ ex cõſuetudine inueterata conſueuiſſe exigere portorium ex frumento, quod ex portubus extraheretur, portuſque deteriores effectos egere maiori impenſa, & reparatione, & cuſtodia contra Piratas, & ſupplicauit, vt ſibi, & patris ſuis ſucceſſoribus maſculis concedere dignaretur facultatem augendi portorium, & Pius huiuſmodi ſupplicationibus inclinatus conceſſit Guidobaldo Duci, & ſucceſſoribus tàm ex ſua, quàm ſui patris linea deſcendentibus maſculis, vt pro temporum qualitate portorium augere poſſent, dummodo certam ſummam non excederet, vt latius in Breui die 13. Octobris 1562.

Poſtmodum reuocauit omnes licen- 17
tias extrahendi frumenta ex ſtatu Eccleſiaſtico, mediato, vel immediato à Summis Pontificibus conceſſas quibuſuis etiã Ducibus, Marchionibus, aut alia ſæculari dignitate fulgentibus, præterquã ex cauſa onerosa, ſolutionis videlicet, & exburſationis pecuniarum.

Secun-

Secundo omnes Summorum Pontificum Conſtitutiones, prohibitiones, & bandimenta de non extrahendo frumenta innouauit, & ſub pœnis in illis contentis obſeruari decreuit.

Tertio facultates ex cauſa onerosa exhiberi, & verificari voluit coram Cardinale Vitellotio Sanctæ Romanæ Eccleſię Camerario, & ab illo approbari, priuſquã illis vti quis poſſit ſub pœna confiſcationis, & amiſſionis feudorum &c.

Quarto ſtatuit, vt nemo deinceps etiam habens facultatem ex cauſa onerosa poſſet extrahere frumenta, & blada extra ſtatum Eccleſiaſticum abſque eiuſdem Cardinalis patentibus litteris deſuper concedendis, vt in Motu proprio ſub datum Romæ Idibus Auguſti anno ſexto, ſcilicet 1565. *in Summ. num.* 13.

18 Die 29. Nouembris 1465 Vitellotius Cardinalis Camerarius Hieronymæ Duciſſæ Caſtri conceſſit facultatem exportãdi ex Oppido *Montisalti* rubra quingenta frumenti extra ſtatum Eccleſiaſticũ quocunque voluerit. *in Summ. num.* 14.

Pius Quintus confirmauit litteras Pij
19 Quarti datas Idibus Auguſti anno ſexto, & extendit ad quodcumque genus graſciæ etiam carnes, oues, agnos, & oleum, & voluit, vt perpetuis futuris temporibus nullus etiam ſi haberet licentiam ex cauſa onerosa poſſet extrahere frumenta &c. ſine patentibus litteris Cardinalis Camerarij, vt in Motu proprio, de quo in Bullario num. 10.

Idem Pius Quintus præmiſſa ſupplica-
20 tionis narratiua, quod Paulus III. conceſſerat Petro Aloyſio Farneſio facultatem extrahendi frumenta ex Ducatu Caſtri, & quod dictam facultatem reuocauerat Pius Quartus, Octauium tunc Ducem Caſtri ſupplicantem reſtituit ad Statum, & poſſeſſionem, ſeu quaſi extrahendi, in qua erat ante reuocationem Pij Quarti, eidẽque Octauio ad ipſius Octauij vitam conceſsit ex gratia facultatem extrahẽdi frumenta, dummodo populi, & habitatores Ducatus frumento non indigeant, vt in Breui die 8. Iunij 1566. *in Summ. nu.* 15.

Gregorius XIII. inhærens Conſtitu- 21
tioni Pij Quarti inhibuit omnibus, etiam Laicis, Baronibus, Domicellis, & Dominis temporalibus ſub pœna indignationis ſuæ, ac excommunicationis, ne frumenta, blada, & legumina extraherent extra ſtatum Eccleſiaſticum non obſtantibus quibuſcumque litteris, priuilegijs, & indultis Apoſtolicis quomodocumque conceſſis, vt in litteris die 18. Decemb. 1577. anno ſexto, eodemque die locorum Ordinarijs conceſsit facultatem abſoluendi ab excommunicatione eas perſonas ſtatus Eccleſiaſtici, & Ciuitatis *Senogalliæ*, quæ in eam incidiſſent ob extractionem frumenti extra ſtatum Eccleſiaſticum contra prohibitionem Pij IV. aliorumq. Pontificum.

Die prima Maij 1578. per litteras ſub
annulo Piſcatoris prohibuit omnibus etiã 22
Marchionibus, Ducibus, & Dominis temporalibus ſub excommunicatione, læſæ Maieſtatis crimine, dominiorum, bonorum, & feudorum amiſſione, ne frumenta ex ſtatu Eccleſiaſtico extraherent, aut extrahi facerent ſine licentia manu Papæ ſignata non obſtantibus litteris, indultis, priuilegijs etiam ex cauſa onerosa conceſſis per ſuos prædeceſſores.

Poſtmodum cauſa commiſſa in Camera Apoſtolica Commiſſarius Cameræ inſtetit declarari non licuiſſe, neque licere Duci Caſtri extrahere frumentum ex Ducatu, & Territorio *Montisalti*, & citato Claudio Tibaldutio Procuratore tunc Octauij Ducis Parmæ, eoque contradicente D. Spinola Iudex deputatus cauſa relata in plena Camera inhibuit dicto Duci, eiuſque miniſtris ſub pœna mille ducatorum auri de Camera, & alijs contentis in Bulla Pij Quarti, & excommuni-

municationis, ne frumenta, vel blada ex Terra, & Portu *Montiſalti* extraherent, ne ve facultatem extrahendi cócederent etiam ad loca ſtatus Eccleſiaſtici, vt latius in inhibitione. die 11. Octobris 1580. quæ fuit perſonaliter intimata Deſiderio Pinzæ Auditori Ducatus, & Tractarum Commiſſario, & Syluestro Grimaldi, qui granum ex Portu Montisalti extrahere volebat, alijs verò Ducis miniſtris, & mercatoribus per affixionem ad valuas Eccleſiæ, & Terræ Montisalti die 17. eiuſdem menſis. *in Summ. num.* 16.

23 Quam ob cauſam Dux Parmæ, & alij Mercatores petierunt à Summo Pontifice licentiam exportandi frumentum extra ſtatum Eccleſiaſticum, tàm ex Montealto, quàm ex alijs locis Prouinciæ Patrimonij: Ac vt aliquas in medium afferam ex pluribus licentijs, quæ in libris Cameræ Apoſtolicæ ſunt regiſtratæ, *& in Summ. num.* 17.

Dux Parmæ &c. Die 18. Decembris 1583. à Gregorio XIII. obtinuit facultatem extrahendi ex *Montealto* extra ſtatũ Eccleſiaſticum rubra 3000. frumenti, & die 24. Nouembris 1584. Idem Dux obtinuit tractam ex eadem Terra *Montiſalti* pro alijs rubris 2500.

Agentes pro Rege Catholico obtinuerũt tractam rubrorũ 500. frumenti extrahendi ex *Montealto* ad Talamonem, & alia loca Tuſciæ. die 7. Ianuarij 1582.

Alexander de Grandis, ac ſocij conductores redditnũ Caſtri Farneſii obtinuerunt Tractam centum modiorum frumẽti extrahendi ex *Farneſio* ad Talamonem. die 28. Aprilis 1581.

Guerrerius Riccius obtinuit Tractam rubrorum 300. frumenti extrahendi ex Caſtro *Griptarum* extra ſtatum Eccleſiaſticum. die 28. Martij 1585.

Ferdinandus Farneſius Epiſcopus Parmæ, & Marius germani fratres obtinuerunt Tractam ſulphuris extrahendi ex *Latera*. die 8. Martii 1582. vt ex hoc intelligat Lector ex nullo Patrimonij loco licuiſſe frumentum, vel aliud genus graſciæ, neque etiam ſulphur extrahere abſq. Sedis Apoſtolicæ licentia.

Sixto V. Pontifice, qui die 24. Aprilis 1585. fuit ad Pontificatũ euectus, facultates pariter extrahendi frumentum ex Montealto, ſeu Statu Caſtri conceſſę ſunt Mercatoribus, alijſque Principibus.

Prorex Neapolis, & Orator Regis Hiſpaniæ obtinuerunt facultatem extrahendi ex *Montealto, & Statu Caſtri* modios ducentos frumenti deferendos ad Portum Herculis, & Orbetellum. die 27. Decembris 1586.

Dux Pernonius Gubernator Prouincię & Orator Regis Chriſtianiſsimi obtinuerunt facultatem extrahendi ex *Montealto, & ſtatu Caſtri* modios ducentos frumenti deferendi Marſiliam, quæ ob peſtem, & bellum Annona laborabat. die 14. Ianuarij 1587.

Dux Parmæ &c. Tractam obtinuit pro duobus millibus rubris frumenti ex *ſtatu Caſtri* Venetias, vel Ianuam deferendis. die 11. Maij 1587.

Deinde exponi fecit Sixto V. fuiſſe 24
conceſſum Ducibus Caſtri in erectione Ducatus, vt frumenta ad Ducatum ſpectantia poſſent extrahere, idque diuerſorum Romanorum Pontificum temporibus obſeruatum fuiſſe, & quia dubitabat ſe poſſe moleſtari vigore nonnullarum prohibitionum forſan emanatarum, ſupplicauit, vt ſe ad huiuſmodi facultatem reſtituere, ac reintegrare dignaretur, & Pontifex eũ ſpecialibus fauoribus, & gratijs proſequens conceſsit eidem quoad viueret, vt tempore abundantiæ, vel quo Vrbs, aut Camera Apoſtolica non egebit, poſſet gaudere facultate extrahendi frumenta, & legumina Ducibus Caſtri in erectione Ducatus conceſſa, & diuerſorũ Romanorum Pótificum temporibus ob-

Digitized by Google

ſeruata, exceptis frumentis, quæ in tenutis Cameræ Apoſtolicæ, ſeu Dohanæ in dicto Ducatu exiſtentibus pro tempore colligentur, & facultatem extrahendi de nouo conceſſit, non obſtantibus litteris Pij IV. Pij V. & Gregorij XIII. declarauit inſuper, quod nullum intelligatur illatū præiudicium in Ducatu Caſtri ſucceſſoribus, quoad iura, quæ vigore dictæ erectionis prætendere poſſent, quodq. tempore penuriæ Vrbis Dux ipſe nullam haberet extrahendi poteſtatem, vt in Breui die prima Iulij 1587. anno tertio, quod inſtante eodem Duce fuit regiſtratum in Camera Apoſtolica. die 17. Auguſti eiuſdem anni. *in Summ. num.* 18.

Clemens VIII. die 30. Ianuarij 1592. ad Pontificatum euectus eſt, eodemque anno Alexander Farneſius Dux Parmę, & Placentiæ, & Caſtri deceſſit, & in Ducatu Caſtri ſucceſſit Rainutius, quem ſupplicantem (cum dubitaret ſe poſſe moleſtari vigore nonnullarum prohibitionum, ne frumenta, ex Ducatu Caſtri extraheret) idem Clemens reſtituit ad feculatem extrahendi frumenta Ducibus Caſtri conceſſam, eamque de nouo conceſsit ad ipſius Raynutij vitam iiſdem verbis, modo declarationibus, & conditionibus cōtentis in præfato Breui Sixti V. vt in litteris die 3. Aprilis 1593. Anno ſecundo.

Et licet Clemens Rainutio facultatem extrahendi frumētum ad ipſius Rainutij vitam conceſsiſſet, eamdem tamen, ac maiorem penès ſe retinuit auctoritatem:
25 Cardinali Pinello conceſsit facultatem extrahendi, ſeu tractam rubrorum 40. ordei ex *ſtatu Caſtri* Ianuam deferendi. die 10. Maij 1594.

Dominis de Farneſio tractam rubrorū octingentorū frumenti ex *Montealto* extra ſtatū Eccleſiaſticum exportandi, pro cuius tractę ſolutione iulios quatuor pro rubro Ferdinādus Farneſius Epiſcopus Parmenſis promiſit ſe ſoluturum Cameræ Apoſtolicæ. die 24. Ianuarij 1596.

Philippo Petracciolo Tractam rubrorū 210. frumenti extrahendi ex Pitiliano ad Terram Montisalti, & ex dicta Terra Mō*tisalti* extra Statum Eccleſiaſticum iulijs quatuor pro rubro ſolutis Cameræ Apoſtolicæ. die 24. Februarij 1596. *in Summ. num.* 19.

Die 13. Septembris 1597. omnes, & ſingulas Conſtitutiones Pij IV. Pij V. & Gregorij XIII., & aliorum prohibentes: extrahi frumentum extra Statum Eccleſiaſticum confirmauit ſub pœnis priuationis feudorum, & confiſcationis bonorum, vt latius in Conſtitutione cōtinetur.

Poſtmodum idem Clemens VIII. ne- 26
gotium extractionis frumētorum ad preces Ducis Caſtri commiſit examinandum Paulo Emilio tituli S. Marcelli, & Bartholomæo Cæſio S. Mariæ in Porticu Diacono S. R. E. Cardinalibus, ac Tiberio Ceraſio Theſaurario, Paulo Coperchio Aduocato Fiſci, & Laudiuio Zacchiæ Cōmiſſario Cameræ, qui re extraiudicialiter examinata retulerunt ex ſupradictis litteris Apoſtolicis *Eugenij IV. & Pauli III.* prædictam extractionem liberè, licitè, ac plenariè, & ſine aliqua exceptione Ducibus Caſtri, & in Ducatu ſucceſſoribus competijſſe, & competere, ac nullum de iure impedimentum eis à Camera Apoſtolica, ſeu quocumquè alio fieri potuiſſe, nec poſſe, ideoq; Clemens Rainutio Farneſio, ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus in dicto Ducatu prædictam extractionem plenè liberè, & licitè ſine aliqua prorſus exceptione, ſeu impedimēto competijſſe, & competere, ac propterea nullum de iure impedimentum eis à Camera Apoſtolica, ſeu quocumque alio vigore quarumcumque prohibitionum quomodocumq. emanatarum quauis cauſa, & occaſione inferri, aut alias fieri potuiſſe, nec poſſe quoquomodo declaratione perpetuo valitura declarauit, & quatenus opus ſit de

nouo

Digitized by Google

nouo cōceſſit, volens quod prædicti Dux, & ſui pro tempore hæredes, & ſucceſſores poſſint ad eorum libitum frui, & gaudere huiuſmodi facultate extrahendi, ſe, extrahi faciendi quæcumq. genera frumentorum, granorum, & leguminum ex dicto Ducatu, & ita Apoſtolica auctoritate tenore præſentium declarauit, & conceſſit cum clauſulis ampliſſimis, vt in litteris datis Romæ ſub Annulo Piſcatoris. die 4. Decembris 1599. Pontificatus anno octauo. *in Summ. num. 20.*

27 Die vltima Maij anno 1602. idem Clemens Chirographum (quod egit hiſtorica animaduerſione) ſubſcripſit, in quo narrat Rainutium Ducem Parmæ, & Caſtri, vti ſucceſſorem in ſtatu Caſtri q. Petri, & q. Petri Aloyſij de Farneſio habere facultatem liberè extrahendi frumẽtum extra Statum Caſtri, ſicuti continetur in litteris *Eugenij IV.* & *Pauli III.* & ad tollendam omnem difficultatem inter eũdem Ducem, & Præfectum Annonæ, qui alias pro vſu Vrbis Romæ de frumento Ducatus Caſtri diſponere ſe poſſe prætendebat, iniunxit Vicecamerario, & Clericis Cameræ Apoſtolicæ, vt inſtrumentum conficerent cum miniſtris Rainutij ſuper quibuſdam capitulis in fauorem Annonæ firmatis circa extractionem frumenti, in quibus pollicebatur Dux Caſtri ſe venditurum Cameræ Apoſtolicæ frumẽtum, quod in Ducatu Caſtri ſuperabundaret intra certum tempus à Præfecto Annonæ Vrbis declarandum pretio per hæc verba conuento, *Che detti grani ſi debbano pagare al prezzo maggiore, che ſi foſſero venduti li grani dal giorno della detta dechiaratione per tutto Maggio ſuſſeguente in Piſa, Liuorno, Viareggio, Luca, Napoli, è Genua ad elettione di S. Altezza, e de ſuoi miniſtri dedottone gli noli, e gl'aſſicuramenti.* Inſtrumentum fuit celebratum die 3. Iunij, & Præfectus Annonę duobus ſequentibus annis quo ſuperuixit à Duce Caſtri frumentum, vt aſſeritur, emit.

Paulus V. intelligens huiuſmodi facultates extrahendi frumentum tendere in maximum populorum, & Annonæ præiudicium, & grauamen, etiamſi alias ex rationabili, & iuridica cauſa, & in vim contractus conceſſæ fuiſſent, & quod earum vigore Dux non ſolum proprium, verum etiam ſubditorum frumentum extrahebat, vel extrahi permittebat, quodq. Capitula cum Duce Caſtri inita de ſoluẽdo frumentum tanti, quanti valeret Ianuæ, Neapolis, Piſis, Lucæ, vel in Viareggio, aut Liburnis per totum menſem Maij ad ipſius Ducis electionem, in eiuſdem Annonæ damnum redundabant cum de iure poſſet cogi ad vendendum eo pretio, quo communiter venditur, edidit Conſtitutionem, in qua confirmauit Conſtitutiones Pij IV. Pij V. Gregorij XIII. & Clementis VIII., & quæcumque priuilegia, licentias, & facultates frumenta, & blada, & alia tam Annonam, quàm Graſciam concernentia ex quibuſcumque Ciuitatibus, Terris, Caſtris, & locis *mediatè, vel immediatè* quomodolibet ſubiectis Sedi Apoſtolicæ extrahendi quibuſuis Communitatibus, & perſonis cuiuſcumquè dignitatis, ſtatus, præheminentiæ, vel conditionis exiſterent per ſuos prædeceſſores, Sedemque, & Cameram Apoſtolicam etiam in recompenſam laborum, damnorũ paſſorum, meritorũ, & alia etiã quauis rationabili iuridica, & priuilegiata cauſa, etiã in vim contractus, & cũ quibuſuis clauſulis, & decretis (præter quam dumtaxat ex cauſa verè onerosa videlicet congruæ ſolutionis, & exburſationis pecuniarum, quam in Camera Apoſtolica citato Commiſſario generali verificari debere decreuit) hactenus conceſſa approbata, confirmata, & innouata reuocauit, caſſauit, annullauit cum clauſulis ampliſſimis, prout latius continetur in litteris pariter in forma Breuis die 23. De- 28

Digitized by Google

cẽbris 1605. Pontificatus Anno primo in vltimo Bullario ſub nu. 12. *in Sum. nu.* 21.

29 Quid Pontifex egerit cum Duce Caſtri, & an illi ſpecialiter fuerit inhibitum, ne frumentum extraheret, incertum eſt, conſtat tamen Hieronymo Sauino Affictuario redditũum lateræ, & Farneſij fuiſſe inhibitum die decima quarta Septembris 1616. ad inſtantiam Hortenſij de Rubeis Commiſſarij generalis, & inhibitionem fuiſſe perſonaliter præſentatam die vigeſima, ne ex *latera*, (quod eſt vnum ex Caſtris nominatis in erectione Ducatus,) & ex alijs Caſtris frumentum in aliũ locũ deferret, ex quo Paulus Quintus extractionem frumentorum inhibuerat, & hoc ad maiorem cautelam, & iura iuribus addendo *in Summ. num.* 22.

Conſtat etiam inter Præfectũ Annonæ, & miniſtros Ducis ortas fuiſſe controuerſias ſuper fruméto ad Vrbem deferendo, & emanaſſe inhibitionem cõtra Iudicem Montiſalti, ne aliquam impoſitionem, ſeu pedagium exigeret à Nautis, qui in Portu Montiſalti frumento lintres onerabant, vt ad Vrbem deferrent, & ſi quid exegerat reſtitueret.

30 Sanctiſſimus Dominus N. D. Vrbanus diuina prouidentia Papa Octauus inhęrẽs veſtigijs Pij Quarti, Pij Quinti, Gregorij Decimitertij, Clementis Octaui, & Pauli Quinti omnia, & ſingula priuilegia, licẽtias, & facultates, frumenta, blada, & alia quæcumque tàm graſciam, quàm Annonam cõcernentia ex Ciuitatibus, Caſtris, Terris, & locis, eorumque Territorijs, & diſtrictibus Sanctæ Romanæ Eccleſię *mediatè*, vel *immediatè* ſubiectis extrahendi per prædeceſſores ſuos, & Sedem Apoſtolicam motu proprio conſiſtorialiter, &c. Communitatibus, Principibus, Ducibus, & Marchionibus &c. etiam pro ſe, & filijs, eorumque hæredibus, & deſcendentibus ex quauis cauſa etiam in recompẽſam laborum, damnorum paſſorum, expenſarũ meritorum, ſeu illorum intuitu &c. etiam in inſtrumentis locationum, ſeu appaltuũ promiſſas ſub quibuſcumque verborum formis, ac cum quibuſuis clauſulis, & decretis factas, datas, ſeu confirmatas, reſtitutas, reintegratas, aut aliàs conceſſas reuocauit, & abrogauit; excepit tamen conceſſiones ex cauſa oneroſa factas, quas in Camera Apoſtolica verificari debere decreuit citato Cõmiſſario generali, etiamſi alias in ipſa Camera fuiſſent admiſſæ, & regiſtratę, quatenus tamen cauſæ oneroſæ pro verè oneroſis, & legitimis in eadem Camera aliàs verificatæ approbatæ, & iudicatæ non fuiſſent, vt in conſtitutione data Romæ Anno Incarnationis Dominicę 1624. duodecimo Kalendas Nouembris Pontificatus Anno Secundo in vltimo Bullario num. 28. *in Summ. num.* 23.

Menſe Ianuario & anno 1641. à Miniſtris Cameræ Apoſtolicæ relatum fuit eidem Sanctiſſimo magnã frumenti quantitatem ex locis tàm mediatè, quàm immediatè Sedi Apoſtolicæ ſubiectis in Ducatum Caſtri deferri, & inde per mare extra Statum Eccleſiaſticum exportari in maximum Cameræ Apoſtolicæ, & ſubditorum præiudicium, & grauamen. Quare audito voto Congregationis plurium Prælatorum, qui facultates quaſcumque extrahendi frumenta fuiſſe reuocatas, & ad maiorem cautelam Duci Caſtri, eiuſq. nouis Theſaurarijs reuocationem ſpecialiter intimandam eſſe cenſuerant iniunxit Præfecto Annonæ, & Eminentiſſimo D. Cardinali Camerario, vt in executionem Conſtitutionum prædeceſſorũ Pontificum, & ſuæ nominatim præciperet Duci Parmæ, eiuſque nouis Theſaurarijs Ianuenſibus, & alijs quibuſcũq. miniſtris, ne deinceps frumentũ ex Terra Mõtiſalti, vel alio loco exportarẽt extra Statũ Eccleſiaſticũ aut exportãdi facultatẽ cõcederẽt ſine licentia manu Pontificis, vt moris eſt, ſignata, Ideoq. Præfectus Annonę, idem- 31

que

que Cardinalis Camerarius, quod ſui muneris erat, vti merus executor in vim prędictarum Conſtitutionum, & mandati, & ex ſui Camerariatus officio edixit Duci Caſtri, eiuſq. miniſtris, ne deinceps ſine licentia manu Papæ ſignata extraherent frumentum extra Statum Eccleſiaſticum ſub pœnis contentis in ijſdem Conſtitutionibus non obſtantibus facultatibus, & priuilegijs cuicumque etiam ipſi Duci conceſſis, quæ per Cōſtitutiones Pauli V. & Vrbani VIII fuiſſe reuocata ſignificabat, vt latius in actis, & edicto affixo etiā in Terra Montiſalti die 22. Martij 1641. *in Summ. num. fin.*

His in facto præmiſſis dubitatur, an in præfatis Conſtitutionibus, & litteris, quibus prohibetur exportatio frumenti & reuocātur omnes facultates extrahēdi alias conceſsæ comprehendatur Dux, & Ducatus Caſtri.

Secundo. An facultas extrahendi conceſsa Petro Aloyſio Farneſio, & Ducibus Caſtri competat ex titulo gratuito, vel oneroſo.

Tertio. An Summi Pontifices vti ſupremi Domini potuerint illam ſuſpendere, limitare, ac etiam reuocare & inhibere Ducibus Caſtri, ne frumentum extraherent abſquè licentia ſignata manu Pōtificis pro tempore Regnantis.

SVMMARIVM.

Dux, & Ducatus Caſtri, ac Dux Vrbini, & alij Domini temporales comprehenduntur in litteris Summorum Pontificum, quibus prohibetur extractio frumentorum. num. 1.

Duces Caſtri agnouerunt, & confeſſi fuerunt ſe eſſe comprehenſos in dd. litteris. num. 2.

In lege generali ferenda nemo eſt ſpecialiter citandus. num. 3.

Actus factus ſine cauſæ cognitione non eget citatione. num. 4.

Conſtitutio Sanctiſſ. D. N. VRBANI VIII. in §. 29. nō loquitur de facultate extrahēdi frumentum. num. 5.

Facultas extrahendi frumentum eſt quid ſuperadditum conceſſioni Montiſalti num. 6.

Quid comprehendatur nomine Tractæ, & facultatis extrahendi. num. 7.

Tracta, & Tractatoria idem ſunt. num. 8.

Quæ dicatur cauſa oneroſa reſpectu facultatis extrahendi. num. 9.

Ducibus Caſtri non competit facultas extrahendi ex ſolutione pecuniarum. nu. 10 vel ex Vicariatibus, ſeu Inueſtituris. num. 11. vel ex conceſſione Eugenij IV. num. 14.

Feudum, ſeu Vicariatus intelligitur conceſſus ſecundum conſuetudinem, & ſtatuta loci. num. 12. & 13.

Quæ ſunt conſuetudinis tacitè inſunt feudo etiam ſi non exprimantur. num. 13.

Facultas extrahendi data à Paulo Tertio eſt gratuita. nu. 15. & ſeq. nu. 25. 31. 47.

Confirmatio, & noua conceſſio non extendit id, quod confirmatur, vel conceditur. n. 18.

Recognitiones, & Cenſus alias debiti Cameræ Apoſtolicæ fuerunt remiſſi in erectione Ducatus Caſtri. num. 19.

Facultas extrahendi frumentum non comprehēditur appellatione Regaliorū. n. 20. et 22.

Generalis diſpoſitio non comprehendit ea, de quibus fuit ſpecialiter prouiſum. num. 21.

Regalia ſunt reſeruata Principi in ſignum Principatus. num. 23.

Omnes de iure poſſunt frumentum exportare. num. 24.

Prætendens habere facultatem ex cauſa oneroſa tenetur illam exhibere, & probare cauſam eſſe oneroſam. num 26.

Declaratio Clementis Octaui vti fundata in facto erroneo corruit ex defectu intentionis. num. 27. & ſeq.

Petens ſe reſtitui ad poſſeſſionem, ſe illa priuatum fatetur. num. 29.

Conceſſio confirmata, quæ erat extincta, incipit valere à die confirmationis. num. 30.

Duces Caſtri poſſunt ſine ſolutione pedagii extrahere proprium frumentum, non autem

emptum

Digitized by Google

emptum ad loca ſubiecta Sedi Apoſtolicæ. nu.32.33.35.& ſeq. quibus pedagiis fuerint liberati. num.35.

Incolæ Ducatus Caſtri non poſſunt extrahere frumentum. num.34.

Dictio (etiam) extendit diſpoſitionem ad caſum magis dubitabilem. num.36.

Facultas extrahendi ex priuilegio conceſſa poteſt reuocari. num.37.

Princeps poteſt ferre legem prohibendo extractionem frumenti &c. ob vtilitatem publicam, & fraudes vitandas non obſtante quocumque priuilegio, & titulo onéroſo. num.38. & ſeq.

Vna Prouincia tenetur alteri egenti frumento ſuccurrere. num 40.

Suprema poteſtas alienari non poteſt. nu.41.

Facultates extrahendi habent in ſe tacitam conditionem dummodo ſubditi non egeant frumento. num.42.

Summi Pontifices reuocare, & reſtringere poſſunt conceſſiones anteriorum Pontificum etiam feudales. num.43.

An Dominus poſſit priuare vaſſallum feudo, vel eius parte. num.47.

Eadem lege quis vti debet pro ſe, & contra ſe. num.48.

Cui licet quod eſt plus, licet quando eſt minus. ibid.

Dominus frumenti poteſt cogi ad illud vendendum iuſto pretio, & tempore penuriæ, viliori pretio. num.50.

QVoad primum attinet, clarum eſt in præfatis Conſtitutionibus Pij IV. Pij V. & Gregorij XIII. Pauli V. & Sanctiſſimi D. Noſtri nominari omnes perſonas ſæculares, & Eccleſiaſticas quacumque dignitate fulgentes, Marchiones, Duces, ac Dominos temporales, & loca Sedi Apoſtolicæ mediatè, vel im-
1 mediatè ſubiecta: nomine autem Ducum, & Dominorum temporalium comprehēditur Dux Caſtri; appellatione verò verborum (immediatè, vel mediatè ſubiecta) venit Ducatus Caſtri, & conſequenter ex proprietate, & vi verborum Dux, & Ducatus Caſtri comprehenditur, *vt in libro ſecundo feudorū tit. 10. Quis dicatur Dux vel Marchio*; ſicuti fuit comprehenſus Dux Vrbini, & Incolæ Senogalliæ, *vt in Facto num. 16. & 21.* & Domini Montis Marciani, *vt num. 12.*

Secundo quia poſt obitum Pauli III. 2
loca Ducatus Caſtri iiſdem legibus, quibus alia loca Sedi Apoſtolicę mediatè, vel immediatè ſubiecta, quoad rem frumentariam gubernata fuerunt. Pretium frumēto vendendo in Vrbe in Ciuitate Corneti, in Ciuitate Vetula, & in Montealto ſtatutū fuit in Camera Apoſtolica ſub Iulio III. & Paulo IV. Commiſſarij Apoſtolici pro Annona Vrbis ſub iiſdem Pontificibus ſępius fuerunt trāſmiſſi in Prouinciam Patrimonij, in loca feudatariorum, & ſignanter in ſtatum Caſtri; Summi Pōtifices facultatem extrahēdi frumentum ex Montealto, & Ducatu Caſtri varijs tēporibus conceſſerunt tàm Mercatoribus, quàm Regibus Hiſpaniæ, & Franciæ, & ipſiſmet Ducibus Caſtri, vt mox dicam, & latius *in Facto num. 10. & 13.*

Regnante Gregorio XIII Camera Apoſtolica die vltima Octobris 1580. referente Andrea Spinola eiuſdem Cameræ Clerico, & Iudice deputato, & viſis Conſtitutionibus Pij IV. & V. ad inſtantiam Cōmiſſarij Generalis mandauit inhiberi Octauio Farneſio Duci Caſtri, & Claudio Tibaldutio eius Procuratori, qui citatus ſe oppoſuerat in eadem Camera, ne ſub pœnis contentis in Bulla Pij Quarti, & excommunicationis auderent, ſeu prę-ſumerent aliqua frumenta propria, vel aliena extra Terram, & Portum Montis alti ad quæcumque loca etiam ſtatus Eccleſiaſtici extrahere, aut extrahendi facultatem alicui concedere, ſub quouis prætextu, ac in executionem Decreti Aloyſius tituli Sancti Marci Presbyter Cardinalis

Digitized by Google

dinalis Cornelius S. R. E. Camerarius die 17. eiuſdem menſis Octobris inhibuit Duci Octauio, & Giraldo de Giraldis Viceduci Caſtri,& Deſiderio Pinzę Auditori ſtatus Caſtri Tractarum, & frumentorum in Terra Montisalti Commiſſario,ac inhibitio fuit præſentata perſonaliter dicto Deſiderio, & Siluestro Grimaldo; ſed Giraldo Viceduci, & Vincentio della Magona frumentorum Mercatori,& omnibus ſua intereſſe putãtibus fuit intimata per affixionem ad valuas Eccleſiæ, & Portæ Terræ Montisalti, ex quibus probatur Ducatum, & Ducem Caſtri fuiſſe ſpecialiter,& nominatim comprehenſum *in Facto num.22.*

Hæc ita ſe habere agnouerunt ijdem Caſtri Duces, nam Hieronyma Duciſſa Parmæ, Placentiæ, ac Caſtri Adminiſtratrix dedit in ſolutum Thomæ de Caualcantibus, & ſocijs Mercatoribus frumentum in Ducatu Caſtri recollectum, pro quo deferendo ad Vrbem, & alio loca bis petita, & obtenta fuit licentia à Iulio III. Sede vacante per obitum Pauli IV. eadem Duciſſa obtinuit pro ſuis ſubditis à Cardinale Sforzia Camerario Tractam frumenti,quod adſeruari non poterat,extrahendi ex Ducatu Caſtri quocumque voluiſſent; Sub Pio Quarto aliã facultatem extrahendi frumentum obtinuit ex Mõtealto extra Statum Eccleſiaſticum Dux Caſtri Tractam, ſeu Chirographum, pro extrahendo frumentum, ex Montealto bis obtinuit à Gregorio XIII.

Et Alexander Dux Caſtri ſemel obtinuit à Sixto V. vt in Chirographis, & litteris Patentibus à Gregorio, Sixto, & Cardinali Camerario ſubſcriptis. de quibus *in Facto num.*12. 14. 18 *num.*23.

Vlterius Octauius Dux Caſtri agnouit facultatem extrahendi frumentum, conceſſam à Paulo Tertio Ducibus Caſtri, fuiſſe reuocatam à Pio Quarto, ſeque poſſeſſione extrahendi priuatum; ideoque à Pio V. petijt, & obtinuit, ſe reſtitui ad poſſeſſionem extrahendi, & facultatem huiuſmodi ſibi à Pio V. quoad viueret conceſſam acceptauit.

Alexander Dux Caſtri facultatem extrahendi frumentum petijt, & obtinuit ad ſui vitam à Sixto V.

Rainutius Dux Caſtri ſimilem facultatem pariter quoad viueret obtinuit à Clemente VIII. vt conſtat ex ipſorum Pontificum litteris, ſub annulo Piſcatoris expeditis,& in Camera Apoſtolica ad ipſorum Ducum inſtantiam regiſtratis, *in Facto num.* 22. *&* 24. itaut dubitari non poſſit quin Duces Caſtri agnouerint ſe in præfatis Conſtitutionibus,& litteris comprehenſos,qui toties petierunt,& obtinuerũt à Summis Pontificibus facultatem extrahendi frumentum ex Ducatu Caſtri. *l. 1. ff. ad municipal. Io. Anton. Bellon. conſil. 5. num.* 88.

Non obſtat,quod Dux Caſtri debuerat citari in reuocatione, ſeu ſuſpenſione facultatis extrahendi facta per Summos Pontifices Pios,& Gregorium, ac Paulum Quintum, & Sanctiſſimum D Noſtrum, quia reſpondetur neminem eſſe citandũ, dum leges generales feruntur,quæ publicantur,& affiguntur, vt ad omnium notitiam deueniant, ſicut deueniſſe præſumuntur. *Auth: ſeu Nouella Conſtit. 66. tit. 21. vt facta noua Cõſtitutiones poſt inſinuationes earum poſt duos menſes valeant cap. 1. verſ. nec ſit neceſſariũ de poſtulat. Prælat. gloſſ. & DD. in data libri ſexti de Regulis iuris in 6.* 3

Cardinalem vero Camerarium nullum Duci præiudicium intuliſſe, cum tamquã merus executor ſupradictarum Conſtitutionum, & ſine cauſæ cognitione deduxerit ad notitiam Ducis, eiuſque miniſtrorũ, ne vterentur facultãte extrahendi frumentum, eiſque edixit, ne illud extraherent, ex quo facultas huiuſmodi per Cõſtitutiones Pontificias fuerat reuocata quo caſu nulla erat præmittenda citatio; 4

Iaſon.

Digitized by Google

Iaſon. in Repet. l. admonendi nu. 327. verſ. ſecus quādo Iudex. ff. de iureiur. Alex. conſ. 91. num. 7. lib. 2. præſertim cum agatur de inſinuatione legis ex ſupra citatis, & Dux mediante Procuratore comparere poſſet ſi ſe grauatum ex huiuſmodi inſinuatione, & inhibitione prætendebat, vnde ſibi imputet, ſi loco Procuratoris, qui apud acta, & Iudicem poterat iura ſua deducere, libelli, ſine Cam. Apoſt. iuribus, ſpargũtur in vulgus, vt qui legerint, ius dicant.

5 Sicuti non obſtat, quod Sanctiſsimus D. N. VRBANVS VIII. in ſua Conſtitutione reuocatoria §. 29. præſeruet priuilegia, facultates, & indulta competentia ex inueſtituris, & ſic cenſeatur præſeruaſſe facultatem extrahendi, tamquam conceſsã in inueſtitura Mõtiſalti, & Ducatus. Quia reſpondetur; Sanctiſſimum Dominũ Noſtrum ſpecialiter loqui de facultate extrahendi frumentum in §. 15. 16. 19. & in dictis Paragraphis reuocaſſe facultates extrahendi, vt dictum eſt ſupra; In paragrapho autem 29. non agit de facultatibus extrahendi, de quibus in §. 15. 16. 19. loquutus fuerat, ſed de alijs priuilegijs, facultatibus, & indultis Romano Pontifici competentibus ratione ſupremæ poteſtatis, quæ ſi alicui conceſſa ſunt, dummodo non fuerint conceſſa ex cauſa oneroſa, vel ex inueſtituris reuocat, vnde cum diuerſæ ſint materiæ, & vnaquæque habeat ſuã ſpecialem prouiſionem, non poteſt de vna ad aliam inferri, *l. cohæredi §. qui patrem. ff. de vulgar. vbi Doctor.*

6 Secundo reſpondetur, oſtenſum eſſe in facto nu. 7. & 8. facultatem extrahendi frumentum, non competere ex inueſtituris Montiſalti, & Ducatus, ſed eſſe quid ſuperadditum inueſtituris, ſeu conceſſionibus ex mera gratia, & præter naturam feudi. Quare cum ex deductis luce meridiana ſit clarius, Duces, & Ducatum Caſtri fuiſse comprehenſos in Conſtitutionibus, ſeu litteris Apoſtolicis, non ſolum ex vi verborum, ſed etiam facto, & re ipſa, idque agnouiſse, & confeſsos fuiſse Hieronymam, Octauium, Alexandrum, & Rainutium Caſtri Duces, ceſsant ea, quæ longa ſerie deducuntur, ſcilicet Summos Pontifices non habuiſse animum, ſeu intentionem comprehendendi, neque fuiſſe comprehenſum Ducatum, vel Ducem Caſtri, vti Ducem maioris Potentiæ, & mirandum eſt Authorem Relationis, qui Breuia, & Bullas ad fauorem Ducis conceſsas publici iuris fecit, ſimulaſse ſe vidiſſe tot Breuia, litteras, & ſcripturas ſuperius relatas, quæ vt credere eſt, Duces Caſtri, in eorum Archiuijs, vna cum alijs litteris retinuerunt, & adſeruarunt cum eorum intereſſe concernant.

Quantum attinet ad ſecũdum dubiũ, in quo quæritur an facultas extrahendi conceſſa Ducibus Caſtri, fuerit conceſſa ex gratia, & priuilegio, an vero ex titulo, & cauſa oneroſa. Aduertendum eſt primo, quod Relator dum refert confirmationem Pauli Tertij de Montealto & declarationem Clemẽtis Octaui aſſerit Duces Caſtri obtinuiſſe à Sede Apoſtolica facultatem extrahendi frumentum ex Mõtealto, & alijs locis Ducatus Caſtri, ſed deinde relictis his terminis, ſeu formula loquendi narrat Tractas conceſſas Ducibus Caſtri fuiſſe reuocatas ab Eminentiſſimo Card. Camerario, & appellatione Tractarum intelligi poſſe Portoria, ſeu gabellas, quæ ſoluũtur in Ducatu Caſtri ob extractionem, ſeu tranſitum frumentorum. Secundo facultatem, quam feudatarij habẽt prohibendi, vel concedendi ſubditis extractionem frumenti, & has Tractas non potuiſſe à Card. Camerario reuocari. At Agentes pro Camera Apoſtolica inhærẽtes Conſtitutionibus, & litteris Summorum Pontificum non loquuntur de Portorijs, ſeu Gabellis, quæ debeantur feudatarijs ob extractionem, ſeu tranſitum frumentorũ, neque de facultate, ſi quam feu- 7

da-

datarij habent prohibendi, ne frumentũ ab eorum ſubditis extrahatur, ſed de iure, & facultate extrahendi proprium frumẽtum conceſſa Ducibus Caſtri, non obſtãtibus Conſtitutionibus, quibus extractio prohibetur, quæ facultas habito reſpectu ad Principem cõcedentem eſt ius diſpenſandi contra leges, & remouendi legum obſtacula; reſpectu vero ſubditi eſt remotio vinculi, & obſtaculi prouenientis ex lege, quæ impedit facultatem extrahendi, & diſponendi, quam quis habet de re propria, & in iure vocatur Tractatoria *l. curſum 22. Cod. de curſu publico, & angarijs, & perangarijs*, & ſecundum vulgarem loquendi vſum appellatur Tracta, itaut præſens diſputatio verſetur in eo, an facultas extrahendi, & conducendi frumentum ad quæcumque loca Ducibus Caſtri conceſſa contra Conſtitutiones Pontificias, quæ prohibent huiuſmodi extractiones, fuerit conceſſa ex gratia, an vero ex ſolutione pecuniarum, vel ex alia cauſa oneroſa.

9 Secundo aduertendum eſt à Summis Pontificibus declarari in eorum Conſtitutionibus, quid intellexerint pro cauſa oneroſa, ob quam conceſſæ fuerunt Tractæ, ſeu facultas extrahendi frumentum, & declarant ad hunc effectum, illam facultatem intelligi debere, fuiſſe conceſſã ex cauſa oneroſa, quæ fuerit conceſſa ob ſolutionem, & exburſationem pecuniarum, ita Pius Quartus in motu proprio ſignato Idibus Auguſti Anno ſexto ibi *præterquam ex cauſa vere oneroſa, ſolutionis videlicet, & exburſationis pecuniarum &c. in facto num. 17.* quem Pius V. & Gregorius XIII. & alij confirmarunt, & innouarunt, idque Paulus V. magis declarat in ſua Conſtitutione, qui reuocat omnes facultates cõceſſas etiam in recompenſam laborum, damnorum paſſorum, & meritorum intuitu, & ex alia rationabili iuridica, & priuilegiata cauſa ſub quibuſcũque tenoribus, & formis, etiam in vim contractus, *præterquam dumtaxat ex cauſa verè oneroſa, videlicet congruæ ſolutionis, & exburſationis pecuniarum, aut ratione appaltuum, & locationum*, & hanc etiam Sanctiſſimus Dominus Noſter in ſua Conſtitutione confirmauit.

Dicebam igitur, facultatem extrahendi frumentum, non fuiſſe conceſſam Duci ex cauſa oneroſa, ſcilicet ſolutionis, & exburſationis pecuniarum, quia in libris Cameræ Apoſtolicæ, in quibus deſcribũtur ſolutiones, quæ fiunt ad eius fauorem, non conſtat de aliqna ſolutione pecuniarum facta per Ducem, aut ipſius nomine, nec ipſe Dux aſſerit ſe ſoluiſſe, & ex ſolutione ſibi competere facultatem extrahendi frumentum & hæc ſola ratio videbatur ſufficiens, ad tollenda omnia quæ in Relatione in contrarium deducebantur, nihilominus vt magis ius Cameræ Apoſtolicæ innoteſcat 10

Dicebam ſecundo, non competere ex cauſa oneroſa, ſcilicet ex Vicariatibus, ſeu inueſtituris Caſtrorum Canini, Gradularum, Abbatiæ ad Pontem Valentani, Lateræ, Pinzani, Caſſani, Taſſani, Marthæ cum Inſula, Griptarum, Montiſalti, aliorumq. locorum conceſſis ante Paulum Tertium, quia in illis non legitur, aut conceditur facultas extrahendi frumentum contra prohibitionem, & cõſuetudinem Prouinciæ, vt fuit adnotatũ *in facto num. 4. & 5.* neque facultas huiuſmodi intelligitur conceſſa, quia Vicariatus Caſtrorum, intelliguntur conceſſi ſecundum conſuetudinem, & ſtatuta loci, & Prouinciæ, in qua Caſtra ſunt poſita, & à conſuetudine feudum naturam ſortitur, *Oldr. conſ. 159. in ſecundo dubio, Gozad. conſ. 84. num. 16. Grat. conſ. 2. num. 64. vol 1. Alber. Brun. conſ. 81. num. fin. lib. 1. & conſ. 135. col. 13. verſ. ſexto facit, & conſ. 191. lib. 2. Dec. conſ. 188 n. 15.* cum ea, quæ ſunt conſuetudinis tacitè 11

agantur, & inſint, etiáſi non exprimátur; *Dec.cõſ.588.n.15.Brun.cõſ.137.col.2.verſ. ſecũdo me mouet lib.2.* Quare cũ in Prouincia Patrimonij, in qua ſita ſunt omnia loca Ducatus Caſtri, vigeret conſuetudo, tã ante, quàm tempore cõ-ſſionum, & adeſſet prohibitio de no- extrahendo frumentum ex locis cõceſſis in Vicariatum, & pro extractione peteretur licentia, vt oſtenſum eſt in facto *num.1.& 2.* cenſentur Vicariatus conceſſi ſub eadem conſuetudine, & prohibitione, cum illi non fuerit in aliquo derogatum, *Bero.cõſ.173. vol. 1. Rolan. conſ.79. num 61. & 65. & ſeq. lib.3.* Quod etiam abſque controuerſia obſeruatur ab alijs feudatarijs, ſeu Vicarijs dictæ Prouinciæ, quorum aliqui licet prætendant, ſe poſſidere feudum vti liberum, & abſque aliqua inueſtitura, nihilominus nunquam auſi fuerunt ſibi arrogare huiuſmodi auctoritatem, imò ſemper petierunt à Camera Apoſtolica facultatem extrahendi frumentum.

14 Tertio dicebam non competere facultatem extrahendi ex conceſſione in pignus facta per Eugenium Quartum anno 1435. de Caſtro Montiſalti quõdam Rainutio Farneſio creditori ratione ſtipendiorum in florenis 11900. quia per Cameram Apoſtolicam viuente Nicolao V. fuerunt ſoluti floreni, quorum erat creditor, Rainutio, ac ipſe Caſtrum Montiſalti reſtituit eidem Cameræ, quæ per octuaginta annos in circa, & vſque ad annum 1533. poſſedit; Vnde cum per ſolutionem fuerit extincta omnis actio, pignus & obligatio, nullum poteſt fieri fundamentum in Bulla Eugenij Quarti, quæ etiam ſolũ de frumento in Terra Montiſalti recollecto loquitur, *vt in facto num.4.*

15 Atque ex his probatum remanet Petro Aloyſio, & alijs de Farneſio ante tempora Pauli Tertij nullo modo, ſcilicet nec ratione Vicariatuum, nec ex cauſa oneroſa, nec ex priuilegio competijſſe, & cõpetere facultatem extrahendi frumẽtum ex Montealto, vel alijs locis Ducatus Caſtri. Quarto, vt loquar de Conceſſionibus Pauli Tertij, dicebam facultatem extrahendi frumentum de Montealto, & alijs Caſtris conceſſam Petro Aloyſio occaſione cõfirmationis inſtrumenti ſuper conceſſione Montiſalti eſſe merè gratuitam, tàm reſpectu Montiſalti, quam reſpectu aliorum Caſtrorum, quæ tunc obtinebat, quia idem Pontifex hoc fatetur, nam Clerici Cameræ Apoſtolicæ conceſſerunt in feudum Petro Aloyſio Terram Mõtiſalti ad quartam generationem abſque facultate extrahendi frumentum, & ipſe confirmauit conceſſionem & inſtrumentum deſuper celebratum ſupplendo omnes defectus, deinde ſubiunxit: Et nihilominus dicti Eugenij prædeceſſoris veſtigijs inhærendo volentes erga eumdem Petrum nos reddere *gratioſos* ei, ſuiſque hæredibus &c. extrahendi &c. concedimus facultatem &c. vt relatum eſt in *facto num.8.* Quare cum Pontifex inſtrumentum feudi conceſſum à Clericis Cameræ confirmauerit, & poſt confirmationem ſuperaddiderit facultatem extrahẽdi frumentum, vt ſe redderet Petro Aloyſio gratioſum, remanet probatũ ex ipſiuſmet Pontificis concedentis aſſertione facultatem extrahendi, fuiſſe conceſſam ex mera gratia.

Et hæc ratio multo magis militat reſpectu aliorum Caſtrorum, quia de illis in conceſſione Montiſalti non fiebat mentio, & ante conceſſionem factam à Camera ex titulis ſupra relatis poſſidebantur à Petro Aloyſio ſine facultate extrahendi frumentum, & colligitur etiam ex eadem confirmatione conceſſionis Montiſalti, in qua incidenter, & nulla præcedente peculiari cauſa conceditur facultas extrahendi, non ſolum ex Montealto, ſed ex omnibus Caſtris, quæ Petrus Aloyſius tunc obtinebat, & de quibus non inueſtio- 16

Digitized by Google

ſtiebatur; argumentum euidens; quod antea Petrus Aloyſius nō habebat huiuſmodi facultatem, quia ſi illam obtinuiſſet ab aliquo Pontifice, de illo Paulus loquutus fuiſſet, ſicut locutus eſt de Eugenio, ac etiam confirmaſſet, prout de ſtylo fieri conſueuit, non autem ſimpliciter conceſſiſſet.

17 Vlterius facultas extrahendi frumentum cenſetur conceſſa ex mera gratia reſpectu Montiſalti, quia in anterioribus conceſſionibus, quas Martinus Quintus Anno 1419. & 1421. conceſſit Tartaleæ de Lauello, & in conceſſione, quam fecit Eugenius Quartus dicto Rainutio menſe Ianuarij anno Incarnationis 1433. non legitur facultas extrahendi frumentum, *vt in facto num. 4.*, ideoq. cum hæc facultas non intelligatur conceſſa ex generali natura Vicariatuum, vt dictum eſt ſupra, neque ex peculiari natura feudi Mōtiſalti, quicquid Paulus Tertius conceſſionibus anteceſſorum Pontificum ſuperaddidit, id ex mera gratia, & præter naturam huiuſmodi feudi cōceſſiſſe cenſetur, quare cum vltra conceſsionem Mōtiſalti factā à Clericis Cam. & poſt confirmationē eiuſdem cōceſſionis ſuperaddiderit facultatem extrahendi nullo ſuperaddito onere, dicta facultas cenſetur ſuperaddita ex mera gratia, *Aretin. in cap. nouit. 13. num. 28. Felin. num. 8. in fin. de iudic. lib. 3. Iaſon. conſ. 56. nu. 9. & ſeq. lib. 1. Bald. in l. qui ſe patris num. 34. Cod. vnde liberi, & ibid. add Rolan. conſ. 13. num. 12. & 59.*

18 Poſtremo dicebam, facultatem extrahendi frumentum confirmatam, & de nouo cōceſſam in erectione Ducatus Caſtri fuiſſe confirmatam, & conceſſam ex mera gratia, quia confirmatio & noua conceſſio non ampliat; neque extendit id, quod confirmatur, vel conceditur; *Cap. 1. & 2. de confir. DD. in cap. ex parte de conſt. Curt. ſen. conſ. 48. num. 49. lib. 1. Clauſ. par. 2. clauſula 18. de nouo cōcedimus*, vnde cum facultas extrahendi à principio fuerit merè gratuita ita & confirmatio, ſeu noua conceſſio, cenſetur merè gratuita, cum nullum fuerit adiunctum onus, propter quod huiuſmodi facultas extrahendi fuerit confirmata, ſeu conceſſa. Quinimò omnes cenſus, & recognitiones, 19 quæ prius ratione ſupradictorum Vicariatuum ſoluebantur Cameræ Apoſtolicæ, fuerunt remiſſæ & ſublatæ, itaut ſi ante Ducatus erectionem potuiſſet dici, antiquos Vicariatus fuiſſe conceſſos aliquo modo ex cauſa onerosa, reſpectu ſcilicet cenſuum, vel ſeruitiorum, quæ de iure debentur, poſt erectionem poſſit affirmari ipſum Ducatum Caſtri fuiſſe cōceſſum ex mera gratia, cum omnia onera appoſita in antiquis inueſtituris, & conceſſionibus fuerint ſublata, & extincta, & omnes gratiæ, immunitates, & priuilegia confirmata, *in facto num. 9.*

Nō obſtat, quod Paulus Tertius in erectione Ducatus Caſtri conceſſit Ducibus Caſtri omnia Regalia etiam maiora cum omnimoda iuriſdictione, & conſequenter etiam facultatem extrahēdi frumentum ex Cumano conſ. 162. Roman. conſ. 271. cum alijs citatis. Quia vltra ſupradicta Reſpondetur in Bulla erectionis particulariter exprimi facultatem cudendi monetam, & facultatem extrahendi frumentum; facultatem vero extrahendi confirmari, & concedi per particularem diſpoſitionem in ipſa Bulla erectionis Ducatus, ſed ante ipſam erectionem Ducatus, & conceſſionem omnimodæ iuriſdictionis, ac Regaliorum, vnde cum Pontifex deinde concedit omnimodam iuriſdictionem, ac alia quæcumq; etiam maiora iura, etiam Regalia nuncupata, non intelligitur loqui, neque concedere facultatem extrahendi frumentū, de qua ſuperius ſpecialiter loquutus fuerat ſicut, nō intelligitur conce- 20

Digitized by Google

dere facultatem cudendi monetam, cuius ſpecialiter meminit *l. legatorum. §. qui plures. ff. de legat. 2. Natta conſ. 35. num. 12. in fin. Surd. conſ. 313. nu. 77. & 107.*

22 Secũdo quia cum facultas extrahendi proprium frumentum non obſtantibus prohibitionibus, quã habent Duces Caſtri, non ſit de reſeruatis Principi in ſignũ

23 ſupremæ Poteſtatis & Principatus, pro ut ſunt Regalia, *Sixtin. de Regal. lib. 1. cap. 1. num. 33.* immo ſit omnibus homi-

24 nibus communis vt toto titulo Cod. quæ res exportari non debeant, numerari non poteſt inter Regalia, de quibus in cap. vnico, quæ ſint Regalia, & conſequenter ex conceſſione Regaliorum non cenſetur conceſſa facultas extrahendi, cum illa nõ comprehendatur appellatione Regaliorũ *l. Papinianus ff. de minorib. cum vulgaribus.*

25 Sicuti non obſtat Breue Clementis Octaui anno 1599. qui inhærens voto Cõgregationis, declarauit Rainutio Duci Caſtri, ſuiſq; ſucceſſoribus extractionem licitè, & liberè competijſſe, & competere ex litteris Eugenij IV. & Pauli III. idque obſeruatum fuiſſe diuerſorum Romanorum Pontificum prędeceſſorum temporibus, abſque vllo impedimento, ac poſt Pium IV. & Pium V. Duces Caſtri huiuſmodi quaſi poſſeſſionem retinuiſſe, non obſtãtibus inhibitionibus Cameralibus, ſeu alijs impedimentis, ideoque illis nullum impedimentum inferri, aut fieri potuiſſe, nec poſſe à Camera Apoſtolica, ſeu quocumque alio, quarumcumque prohibitionum vigore, & quatenus opus ſit facultatem extrahendi de nouo conceſſit, & conſequenter videtur declaraſſe facultatem extrahendi cõpetere Ducibus Caſtri ex titulo oneroſo, cum facultas huiuſmodi cõpetat ex litteris Eugenij, & Pauli. Quia reſpondetur, quod nec Congregatio, nec Clemens expreſsè, vel tacitè declarauit facultatem extrahendi cõceſſam Ducibus Caſtri, fuiſſe conceſſam ex titulo gratuito, vel oneroſo; hoc enim non legitur in voto Congregationis, nec in Breui Clementis, & quamuis Pontifex volens ius ſuum vnicuique tribuere, & iuſtitiam miniſtrare commiſerit Cõgregationi negotium extractionis, tamen ex hoc non concluditur perneceſsè, quod iuſtitia reſpiceret potius titulum ex gratia, & priuilegio, quam titulum ex cauſa oneroſa, cũ iuſtitia æquè adminiſtranda ſit, tàm habentibus ius ex priuilegio, quàm ex alio titulo; Vnde, vt dixi, non poteſt perneceſsè deduci, quod Clemens Octauus tacitè, vel expreſsè declarauerit facultatem extrahendi competere ex cauſa oneroſa, neque Congregatio hoc declarare potuit, quia huiuſmodi facultas fuit conceſſa à Paulo Tertio Ducibus Caſtri ſine pecuniarum ſolutione, & ex mera gratia. 26

Secundo, quia Paulus V. & Sanctiſſimus Dominus Noſter reuocarunt omnes facultates extrahendi frumenta ex quauis rationabili, & iuridica cauſa, etiam in vim contractus conceſſas, & decreuerunt, vt qui prætenderent, ſe habere huiuſmodi facultates ex cauſa verè oneroſa, tenerentur illas exhibere in Camera Apoſtolica ad hoc, vt in ea examinarentur cauſæ, & verificarentur pro vere oneroſis, & legitimis, etiamſi cõceſſiones fuiſſent alias admiſſæ, & regiſtratæ in libris Cameræ. Quare, aut Duci Caſtri competebat extrahendi facultas ex gratia, aut ex cauſa oneroſa. ſi ex gratia: Sine dubio facultas fuit ſimpliciter reuocata. Si ex cauſa oneroſa: & dicta cauſa debebat examinari, & verificari in Camera Apoſtolica, & interim, ſeu donec, & quouſque verificaretur cauſa, cenſebatur facultas reuocata, ſeu ſuſpenſa. Vnde ſibi imputet Dux, qui iura, ſi quæ forſan habebat ad oſtendendum titulum oneroſum, non exhibuit in eadẽ Cam. ad hoc, vt in ea examinaretur, an cauſa huiuſmodi cõceſſionis eſſet verè oneroſa, & pro verè oneroſa iudicaretur.

Tertio

Digitized by Google

27 Tertio Breue corruit ex defectu intentionis, ſi enim Clementi fuiſſent expoſita, & relata, quæ ſuperius narrata fuerũt, & mox indicabuntur ſine dubio Pôtifex præfatam declarationem non feciſſet. Erratum eſt enim primo in ea parte, in qua dicitur ex litteris Eugenij Quarti competijſſe, & competere Ducibus Caſtri facultatem extrahendi frumentum, quia litteræ Eugenij fuerant reuocatæ, & caſſæ ſub Nicolao Quinto, qui etiam pecunias Rainutio reſtituit, & Caſtrum Montiſalti pro Camera Apoſtolica recepit; & quia litteræ Eugenij non videntur ſuffragari poſſe Ducibus Caſtri, cum non conſtet eoſdem Duces à præfato Rainutio cauſam habere *in facto num. 6.*

28 Erratum eſt ſecundo in ea parte, in qua dicitur, temporibus diuerſorum Pôtificum obſeruatum fuiſſe ſine vllo impedimento, vt ſupradicti Duces Caſtri extraxerint frumentum vigore cõceſſionum Eugenij IV. & Pauli III. quia id nõ fuit obſeruatum ſub Iulio III. Paulo IIII. Pio IIII. Pio V. Gregorio XIII. & Sixto V. vt *in facto num.* 10. ideo opus eſt, vt Relator doceat quo ſub Pontifice Duces Caſtri ex conceſſione Pauli Tertij frumentum extraxerint.

29 Erratum eſt tertio in ea parte, in qua dicitur poſt inhibitiones Pij Quarti, Pij Quinti, & aliorum Pôtificum Caſtri Duces retinuiſſe quaſi poſſeſſionem extrahendi, quia Hieronyma Ducißa parendo huiuſmodi inhibitionibus petijt anno 1565. à Pio Quarto licentiam extrahendi frumentũ ex Montealto; Octauius Dux agnouit ſe poſſeſſione extrahendi priuatũ à Pio IIII., dũ anno 1566. ſupplicauit Pio Quinto ſe reſtitui ad poſſeſſionem extrahendi, & in eum ſtatum, in quo erat ante Pij Quarti reuocationem; Idem Octauius poſt inhibitionem ſibi factam à Gregorio XIII. petijt ab eodem Gregorio anno 1583. & 1584. Tractam, ſeu facultatem extrahendi frumentum ex Montealto; Pro eadem facultate Dux Caſtri anno 1587. ſupplicauit Sixto Quinto *in facto num.* 18. 20. 23. quomodo igitur potuit affirmari, Duces Caſtri retinuiſſe quaſi poſſeſſionem extrahendi frumentum, in qua fuerant ex litteris Eugenij Quarti, & Pauli Tertij, ſi toties per tot reiteratos actus ſub tot Pontificibus agnouerunt, ſe poſſeſſione priuatos: qui enim poſt reuocationes Tractarũ, & inhibitiones, Tractam, aut facultatem extrahendi, aut ſe ad poſſeſſionem reſtitui petit, ſe poſſeſſione priuatum fatetur, *l. decem* 117. *de verb. oblig. cum concordatis*. 30

Quo verò ad facultatem extrahẽdi frumentum, de qua in litteris Pauli Tertij de anno 1535. Dicebam conceſſionem Pauli Tertij in ea parte, in qua facultatem conceſſam Rainutio per Eugenium confirmat ad fauorem Petri Aloyſij fuiſſe inualidam, quia conceſſio facta ab Eugenio erat extincta quod autem eſt extinctũ, & amplius non exiſtit confirmari nõ poteſt, & quatenus cõfirmatio valeret, inciperet à die cõfirmationis ex gratia, & priuilegio Pôtificis *cap. vnic. §. vlt. de deſponſ. impub. Bellon. ſen. conſ.* 28. *num.* 12. *Gloſ. in reg. non firmatur* 18. *verſ. probatur hoc. de reg. iuris in* 6 conceſſionem verò factam ab eodem Paulo Tertio ad inſtar Eugenij Quarti, & confirmationem ſubſecutam in erectione Ducatus Caſtri de anno 1547. fuiſſe reuocatam à Pio IIII. Pio V. & Gregorio XIII. & alijs Summis Pontificibus, & huiuſmodi reuocationum vigore Procuratorem Ducis Octauij, eiuſque miniſtros fuiſſe ſigillatim inhibitos, imò Duces Octauius, Alexander, & Rainutius, ac Hieronyma Ducißa reuocationes agnouerunt petendo Tractas ab ijſdẽ Pontificibus, & illis idem Octauius acquieuit ſub Pio Quinto, à quo ad ſui vitam facultatem extrahendi frumentum obtinuit, vt ſupra relatum eſt, ideoque

non

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

Digitized by Google

nõ poteſt dici Ducibus Caſtri competijſſe, & competere facultatem extrahendi frumentum ex litteris Pauli Tertij, quia ipſa facultas fuit reuocata, ſeu ſublata per Pium IV. Pium V. Gregorium XIII. alioſque Summos Pontifices; quare cum Congregatio de præfatis Conſtitutionibus, Breuibus, Chirographis, & litteris Patentibus non informata, errauerit in facto, mirandum non eſt, ſi Clemens inhærens voto Congregationis, declarauit Ducibus Caſtri competijſſe, & competere facultatem extrahendi, quod ſi ſciuiſſet, proculdubio contrarium declaraſſet, vnde ex defectu intentionis declaratio Clementis corruit *cap. de confirmationibus 2. de confir. vtili, vel inutili. c. ad audientiam vbi DD. de reſcript. Brun conſ. 7. num. 1. lib. 1.*

31 His addebam à Sanctiſſimo D. Noſtro inſtitutam fuiſſe Congregationem pluriũ Prelatorum, qui viſis litteris Pauli Tertij, & Clementis Octaui retulerunt facultatẽ extrahendi frumentum conceſſam Ducibus Caſtri, fuiſſe conceſſam ex gratia, & priuilegio, eamquè fuiſſe reuocatam à Pio IV. Pio V. Gregorio XIII. Paulo V. & Sanctiſſimo D. Noſtro, & nõ competijſſe, neque competere Ducibus Caſtri facultatem extrahendi frumentum contra Conſtitutiones Põtificias, & inhibitiones. Ducique viuenti, eiuſque nouis Theſaurarijs ad maiorem cautelam eſſe ſpeciatim inhibendum, ne frumentum extrahant ex Ducatu Caſtri ſine licentia Summi Põtificis. Quare, ſicut Clemens VIII. ad relationem Congregationis præcipere potuit, ne Dux Caſtri ſibi noua affinitate coniunctus moleſtaretur in extractione frumenti; ita Sanctiſsimus D. Noſter ad relationem alterius Congregationis potuit præcipere Eminentiſſ. Cardinali Camerario, & Annonæ Præfecto, prout præcepit, vt Duci, eiuſque miniſtris inhiberent, ne de cætero frumentum extra Statum Eccleſiaſticum exportarent ſine licentia manu Suæ Sanctitatis ſignata.

Ad tertium dubium, antequam reſpõdeam, præmittendum eſt, quid Paulus Tertius conceſſerit, vt innoteſcat, quid ſucceſſores Põtifices reuocauerint, & egerint circa frumenti exportationem. Paulus Tertius occaſione confirmationis inſtrumenti Cameralis ſuper Montesalto conceſsit Petro Aloyſio, ſuiſque deſcendentibus vſq. in quartam generationem facultatem extrahendi frumentum, & alia bona ex Montealto, & alijs Oppidis, Terris, & locis, quæ tunc obtinebat abſque ſolutione alicuius vectigalis, ſeu pedagij, & ad loca quæcunque conduci faciendi, vt derogaret conſuetudini inueteratæ, quæ viget in Prouincia Patrimonij Vrbi finitima, ne frumentum de loco ad locũ extrahatur, & præfatæ Conſtitutioni Bonifatij VIII. *in Facto num.* 1. quæ ob vtilitatem ſubditorum, & Cameræ Apoſtolicę commodum, Romanæ Curiæ, ac Principum, & populorum ad Vrbem confluentium emanauerat: 32

In Erectione verò Ducatus Caſtri, his verbis idem Paulus loquitur *Necnon tam circa granorum, ſiue frumentorum totius Status infraſcripti extractionem, & facultatem illa ad quæcumque loca etiam præfata Romana Eccleſiæ, & nobis immediatè, vel mediatè ſubiecta conducendi, quam diuerſas alias facultates, exemptiones, & alia priuilegia, & indulta conceſſimus, & aſſignauimus, quæ priuilegia &c. facultates &c. approbantes, & cõfirmantes &c. motu proprio &c. Ciuitates, et Caſtra &c. in Ducatum perpetuò erigimus, & Petro Aloyſio, & Octauio ordine ſucceſſiuo, & ſuis primogenitis concedimus &c.*

Ex confirmatione igitur conceſsionis Montiſalti Petrus Aloyſius eiuſque ſucceſſores vſque ad quartam generationem ex erectione verò Ducatus Caſtri, Duces pro tempore poſſunt extrahere frumentũ in eorum prædijs recollectum, quia facultas extrahendi cenſetur cõceſſa pro rebus 33

pro-

proprijs, non autem pro alienis, vel pro frumento empto cauſa mercimonij *cap. quamquam de Cenſib. in 6. Clemen. fin. eod. titulo, & vtrobiq. Doctores. Rolan. conſ. 79. num. 86. lib. 3. Cephal. conſ 450. num. 248. Surd. d. conſ. 313. num. 79.* Aliæ vero perſonæ, vel ſubditi non poſſunt proprium frumentum extrahere, quia de Petro Aloiſio, & ſucceſſoribus, ac Caſtri Ducibus, loquuntur litteræ Apoſtolicæ, non autem de alijs perſonis, ſeu ſubditis de quibus nõ eſt actum, vel cogitatum *Surd. d. conſ. num. 10. & ſeqq. Decian. reſpon. 44. nu. 83. Roland. vbi ſup. num. 54.*

35 Secundo, Duces Caſtri poſſunt deferre frumentum ad quæcumque loca: appellatione autem verborum (quæcumque loca) intelliguntur loca quæcumque in Prouincia Patrimonij Sedi Apoſtolicæ ſubiecta, ſiue illa ſint Ciuitates, ſiuè Caſtra, ſiuè Terræ, non autem loca extra Statum Eccleſiaſticum, de quibus nullũ verbum legitur in dictis inueſtituris, ſeu conceſſionibus, & ratio eſt, quia in dubio Pontifex cenſetur voluiſſe potius prouidere ſuis ſubditis, quam extraneis, & ſicut prudens Paterfamilias de ſui familia cogitaſſe cenſetur. Quæ interpretatio corroboratur ex eo, quod Pontifex voluit, vt Petrus Aloyſius poſſet extrahere abſque ſolutione alicuius vectigalis, ſeu pedagij, hæc autem exemptio non poteſt intelligi de pedagijs locorum, quæ Petrus Aloyſius poſſidebat, quia ipſe erat Dominus dictorum pedagiorum; neque poteſt intelligi de pedagijs, ſeu vectigalibus Principum exterorum, quia Pontifex non prçſumitur ad ea pedagia manus appoſuiſſe, à quibus Petrum Aloyſium, & ſucceſſores eximere, & liberare non conſueuiſſet, ſeu non potuiſſet *Io. Ant. Bellon. conſ. 5. nu 94.* remanet igitur, vt exemptio intelligatur conceſſa à pedagijs, & vectigalibus, quæ ſoluuntur in locis ſtatus Eccleſiaſtici, ad quæ frumentum deferri permittitur, quare ſicut exemptio à pedagijs non poteſt intelligi, niſi de pedagijs locorum Status Eccleſiaſtici, ita fieri debet interpretatio, vt facultas extrahendi ad loca quæcumq. intelligatur conceſſa reſpectu Ciuitatum, Terrarum, Caſtrorum, omniumque locorum Status Eccleſiaſtici, à quorum pedagijs Duces Caſtri eximuntur, & eximi potuerunt.

Vlterius ſuadetur hæc interpretatio, 36 quia hoc idem videtur declaraſſe Paulus Tertius in erectione Ducatus, dum priorem conceſſionem referens, aſſerit, ſe conceſſiſſe facultatem conducendi frumentum *ad quæcumque loca, etiam præfatæ Eccleſiæ mediatè, vel immediatè ſubiecta* illa enim dictio. *Etiam*, ampliat diſpoſitionẽ, & eãextẽdit ad caſũ magis dubitabilem. *DD. in l. etiã. 19. ff. ſolut. matr. l. etiam 3. & l. fin. C. ſi tutor, vel iurat inter. Ruin. conſ. 89. nu. 6. vol. 1. Io. Anton. Bellon. conſ. 5. nu. 91.* & quia poterat dubitari an facultas extrahendi, de qua in confirmatione conceſſionis Montiſalti comprehendere quæcumque loca, ſcilicet Ciuitates, Terras, & Caſtra Sedi Apoſtolicæ mediatè ſubiecta, ideo referendo conceſſionem huiuſmodi facultatis declarat, ſe conceſſiſſe facultatem conducendi frumentum ad quæcũque loca etiam Sedi Apoſtolicæ mediatè, vel immediatè ſubiecta, alias enim dictio. *Etiam*, nihil ſignificaret, nec caſum diuerſum, vel magis dubitabilem denotaret, & eſſet eluſoria, vt arguit in ſimili caſu *Laderchius conſ. 71. nu. 13. §. & ex his concludo. verſ. quod autem.*

His præmiſſis dicebam, Summos Ponti 37 fices potuiſſe prohibere extractiones frumẽtorum, & reuocare, vel ſuſpendere, vel reſtringere facultatem extrahendi Ducibus Caſtri ex gratia cõceſſam, ſicut enim potuit Paulus Tertius remouere obſtacula prohibitionum, & facultatem, ſeu priuilegium extrahendi concedere, ita Paulus III. Paulus IV. Pius IV. Pius V.

Gre-

Gregorius XIII. Clemens VIII. Paulus V. & Sanctiſsimus D. Noſter potuerunt reuocare, ſuſpendere, vel limitare *Afflictus in Rubrica quæ ſint regalia nu. 15.* vbi quod Princeps poteſt reuocare omnia priuilegia, & alienationes Iurium demanij, & quod per Curiam Capuanam fuerunt reuocata, & quod ſucceſſor non tenetur ea confirmare: *cap. Clericis in fin. de Immun. Eccleſ. Rolan. conſ. 13. lib. 3. Bald. de pace Conſtantiæ. §. amplius conſueuerunt num. 2. Felin. in cap. 1. de probat. num. 5. verſ. quarto declara. Boſſ. de Regalibus num. 31. Pereg. de iure Fiſci lib. 1. tit. 3. num. 74. Siſtinus de Regalibus lib. 1. cap. 6. num. 3.*

Secundo Pontifices vti ſupremos Do-
38 minos potuiſſe ob publicam vtilitatem, & ob fraudes tollendas ferre legem generalem, ne frumenta extra ſtatum exportarentur, & inhibere omnibus feudatarijs, ac etiam Ducibus Caſtri, ne extraherent, etiamſi haberent ex inueſtitura, vel titulo oneroſo facultatem extrahendi, vt in his terminis frumentorum reſpondit *Menochius conſ. 604.* qui loquitur de edicto Ducis Sabaudię reſpectu feudatariorum, qui fuerunt inueſtiti cum mero, & mixto imperio, & omnimoda iuriſdictione, *Guido Panzirolus in conſ. poſt cōſ. Menochij impreſſo, Io. Franc. à Ponte de poteſt. Proreg. tit. 5. de trac. num 5.* qui loquitur de Tractis Regni Neapolitani ob ſolutionem pecuniæ conceſſis, *Fuluius Conſtantius ad lib. 10. Cod. lib. 1. de pœn. fiſcal. num. 26.* vbi docet poſse Principem prohibere, ne frumentum extrahatur ſub pœnis, & quod pœnæ ſpectant ad ſupremum Principem, etiam ſi Dux Amalphiæ ex conceſſione Regis haberet portorium, ſeu vectigal, quod ſoluitur ex Tractis, *Carolus Tapia lib. 1. dec. 8.* qui docet Regem Hiſpaniæ potuiſſe imponere nouum vectigal pro extractione vini, & frumenti, & ad illud ſoluendum Melitenſes Equites teneri licet haberent exemptionem ex cauſa oneroſa, *vt num. 21. & ſequentibus. Laderchius ex aduerſo relatus conſ. 71. num. 14.* vbi loquens de Duce Saxoli concludit, quod licet teneretur ex pacto permittere Mutinenſibus exportationem frumenti, tamen non tenetur; promiſſionem obſeruare, ſi ſubditi Domini Saxoli indigeant, *Io. Petrus Fontanella dec. 164. num. 13. & ſeq. & conferunt deducta per Io. Ant. Bellonum conſ. 5. nu. 63.* qui docet Principem ex cauſa publicę vtilitatis poſse ſtatuere contra ius naturale, & gentium, & de cauſæ veritate eidem eſſe credendum.

Et ratio eſt quia exportatio frumentorũ 39
prout reſpicit gubernių ſubditorum Sedi Apoſtolicæ mediatè, vel immediatè ſubiectorum pertinet ad ſupremam poteſtatem, & ſuperioritatem Principis, qui ſolus in omnes feudatarios, & ſubditos habet iuriſdictionem, ac ad ipſum ſpectat curare, ne frumenta deficiant, & ſi defecerint aliunde deuehantur, & quod in vna Ciuitate ſuperabundat ad aliam Ciuitatem exportetur, cum vna Prouin- 40
cia alteri ſuccurrere teneatur *L. pro lotis C. de Annon. & Tribut. lib. 10. & ibidem Angelus ad Bartolum*, & hæc ſuperioritas, & poteſtas in conceſſione omnium Regaliorum, & omnimodæ iuriſdictionis, non intelligitur comprehenſa, quia alienari non poteſt, & quatenus aliqua ſuperioritas fuerit conceſſa, nihilominus concedens maiorem ſibi reſeruaſſe, & retinuiſſe cenſetur *Cap. dudum. §. hoc igitur de præbend. in 6. l. inquiſitio. vbi DD. C. de ſolut. Aegid. Boſſ. de regal. num. 24. Sixtin. de reg. lib. 1. cap. 5. num. 3. & ſeq. Menoch. conſil. 604. num. 14. 15. & eſt communis opinio*:

Secunda ratio eſt, quia huiuſmodi facultates extrahendi frumentum etiam ex titulo oneroſo conceſſæ habent in ſe tacitam conditionem, quatenus ſubditi Sedis Apoſtolicæ non egeant, vel timor ad-

ſit

Digitized by Google

ſit egeſtatis, *Gloſ. fin. & Io. de Platea in l. ſi quis per diuinã in fin. C. de Aquaduct. lib.* 11. & ſic agitur potius de interpretanda, quã tollenda facultate, *Alba. conſ.* 1. *num.* 11. *Io. Franciſcus de Ponte vbi ſupra*, & feudatarij, alijq. ſubditi ob huiuſmodi legem nullum recipiant detrimentum, vt infra ſubijciam.

43 Tertio, quia Summi Pontifices fuerũt, & ſunt in hac quaſi poſſeſſione reuocandi Tractas, ſeu facultates extrahẽdi frumentum ipſis Ducibus Caſtri ſcientibus, & conſentientibus, vt oſtenſum eſt ſupra, & viget conſuetudo in Domino temporali Sedis Apoſtolicæ, vt etiam inueſtituras, gratias, priuilegia, & alienationes Ciuitatum, Terrarum, Caſtrorum, aliarumque rerum conceſſas ex cauſa gratioſa, & lucratiua ſine aliqua, vel minimè correſpectiua, nec competenti recompenſa, ſeu neceſſitate, vel euidenti Sedis Apoſtolicæ vtilitate poſſit Pontifex ſucceſſor ſuſpendere, reuocare, & limitare, ac vt omittam Conſtitutiones Pauli Quarti de anno 1555. Pij Quarti de anno 1565. & Pij Quinti de anno 1567. quæ ſunt impreſſæ in Bullario, hoc probatur ex Cõſtitutione Pauli Tertij, ipſe enim omnes conceſſiones, & quaſcumque alias diſpoſitiones, & litteras Apoſtolicas tàm ſub plũbo, quàm in forma Breuis à prima die Iulij 1534. à Clemente VII. factas, ſub quouis colore, aut prætextu, aut ſeruitiorum Sedi Apoſtolicæ præſtitorum, per quas eidem Cameræ præiudicium, aut iactura inferatur reuocauit, & annullauit nonis Apr. anno primo, ſcilicet 1535. eamque executioni demandauit, ac inter alia Ioannem de Varano, & Iuliam ipſius filiam inueſtitos à Leone Decimo, & Clemẽte Septimo de Ducatu Camerini amouit à Ducatu Camerini poſt tres ſentẽtias conformes in Tribunali Rotæ & per alias tres ſententias in Camera Apoſtolica in fauorem eiuſdem Ioãnis Mariæ ſuper medietate Ducatus latas, quæ tranſitum fecerant in iudicatum, & Ducatum tradidit Octauio Farneſio, qui poſtea eo dimiſſo, in permutationem recepit ab eodem Paulo Parmæ, ac Placentiæ Ducatũ: Si Summi Pontifices non poſſent ſuſpendere, limitare, ac etiam reuocare facultates extrahendi frumentum, multo minus potuiſſet Paulus Tertius reuocare, & irritare inueſtituras, & feudatarium abſque cauſa feudo priuare, & conſequenter omnia reſtituenda eſſent in integrum, vt cõſuluit Ioannes Iacobus de Leonibus conſ. 114 per totum inter cõſilia Alberti Bruni lib. 1.

Poſtremo quia ex huiuſmodi conſtitutionibus nullum damnum, aut præiudicium Duces Caſtri, aut alij feudatarij patiuntur. Aut enim in Ducatu Caſtri ſuperabundat frumentum, aut non ſuperabundat: ſi non ſuperabundat, & extrahi non poteſt, nec debet, etiamſi facultas extrahendi fuerit conceſſa ex cauſa oneroſa, quia eam recipit interpretationem, vt prius ſit de frumento prouidendũ ſubditis, ne egeant ex *Luca de Penna*, & alijs ſupracitatis. Si ſuperabundat frumentũ, & tunc Dux Caſtri, alijq. feudatarij, & perſonæ, qui habebunt facultatem extrahendi ex titulo oneroſo, poterunt extrahere expeditis prius litteris patentibus à Card. Camerario ob fraudes vitandas, ac vt diſcernatur, an frumentum quod extrahitur, ſit illud, pro quo conceſſa fuit facultas, ita ut huiuſmodi litteræ Camerales habeant vim atteſtationis, quod res illa eſt ex ijs, quæ extrahi poſſunt, vt latè declarat *Surdus conſ.* 313. *num.* 92. *& ſeq. & Cephal. conſ.* 451. *num* 271. *& ſeq.* 44

Si enim feudatarijs vti repræſentantibus perſonam ſupremi Domini, & ex auctoritate conceſſa à ſupremo Domino ob bonum publicum permittitur, vt ſtatuãt, ne quis ſubditorum ſine licentia frumẽtum extrahat, vt refert Relator ex *Signo-* 45

rol. conſ. 108. *num.* 15. cum alijs quos reprobat *Menoch d. conſ.* 604. *num.* 8. *& 9.* cur idem iubere non poterit Princeps ſupremus, cui competit maior, & ſuprema
46 Poteſtas, ad quam, non autem ad mixtũ, vel merum imperium, vel iuriſdictionẽ pertinet facultas legis concedendæ *Iaſ. in l. omnes populi in 2. lectura num. 7. ff. de iuſtit. & iure, Alciat. num.* 110. *Zaſius num.* 12. *Coraſ. num.* 32. *relati à Menoch. vbi ſupra num.* 3.

47 Non obſtat, quod Princeps non poſſit reuocare, ſuſpendere, ſeu minuere feudum, vel eius partem ex relatis *per Roſentalem de feud c.* 10 *q.* 11. *in gloſ.* 9. vnde cũ Ducibus Caſtri per Paulum Tertium fuerit conceſſa facultas extrahendi frumentum in inueſtitura Montiſalti, & confirmata in erectione Ducatus Caſtri, non potuerunt illam reuocare, ſuſpendere, ſeu diminuere Sũmi Pontifices; nam reſpõdetur fuiſſe oſtẽſum *in facto n.* 3. 4. 7. & 8. facultatem extrahendi frumentũ non fuiſſe conceſſam in feudum cum Montealto, neque fuiſſe conceſſam in Vicariatibus aliorum Caſtrorum, ſed fuiſſe gratiam, & priuilegium, quod Paulus Tertius ſuperaddidit conceſſioni Montiſalti, & eſſe quid diſtinctum, & ſeparatum à feudo, ſeu conceſſione Cameræ Apoſtolicæ, & Vicariatibus, & nullum habere onus annexum, propter quod dici poſsit facultatem extrahendi fuiſſe conceſſam, vnde cum huiuſmodi facultas fuerit ex gratia, & priuilegio conceſsa potuit reuocari ex ſupracitatis.

Secundo reſpondetur, quod Paulus V. & Sanctiſsimus Dominus Noſter, & nonnulli alij Summi Pontifices non reuocarunt facultates extrahendi ex cauſa oneroſa conceſsas, ſed decreuerunt, vt qui prætenderent ſe habere facultatem extrahendi ex cauſa oneroſa illam exhiberent, & probarent cauſam conceſsionis fuiſſe oneroſam, & interim facultate non vterentur, vnde ſibi imputet Dux ſi cauſam oneroſam, quam Relator præſupponit, non verificauit in Camera Apoſtolica, vt dictum eſt ſupra.

Tertio quia etiamſi facultas competeret Ducibus Caſtri ex inueſtituris Pauli Tertij, vel alio titulo oneroſo, potuerunt Summi Pontifices ſtatuere ob publicam vtilitatem, & fraudes euitandas, ne extraheretur frumentum, vt ſupra proximè oſtenſum eſt.

Quarto, quia Paulus Tertius liberauit 48
Petrum Aloyſium, & Duces Caſtri à vectigalibus, & pedagijs, quæ ſoluuntur in loco Sedi Apoſtolicę mediatè ſubiecto ob extractionem, vel tranſitum frumentorũ, & conſequenter abſtulit feudatario ſine ipſius culpa pedagium, quod ex natura feudi illi debetur, & inter regalia numeratur, vt Relator affirmat. Si igitur Paulus ad fauorem Petri Aloyſij, & Ducum Caſtri potuit priuare feudatarium pedagio, ſeu ſtatuere, ne pedagium ſoluatur feudatario, cui ex natura feudi debetur; idem potuerunt facere ſucceſſores Pontifices in præiudicium Ducum Caſtri, licèt adhuc non fecerint argumento *cap. cum omnes 6. de Conſtitut. in l.* 1. *ff. quod quiſque iuris*, multoque magis potuiſſent reuocare facultates extrahendi frumenta, etiamſi eſſent ex feudo debitæ, quod eſt quid minus. *l. tam* 15. *ff. de donat. cauſa mortis, cap. ex parte* 3 *de decim.*

Tandẽ Relator magnifacit, quod Dux 49
Caſtri adſtrictus ſit, ac teneatur ex contractu vendere frumentum ſuperabundans Cameræ Apoſtolicæ, ſeu Præfecto Annonæ Vrbis eo pretio, quo venditur Ianuæ, Neapolis, Lucæ, in Viaregio, in Liburno, & Piſis, ſcilicet in vno ex dictis locis per Ducem eligendo; ſed poterat huiuſmodi obiectio omitti; aut enim illa deducitur ad effectum probandi, quod Camera non poteſt à cõtractu recedere: aut ad effectum docendi, quod eſt Duci præiudi-

iudicialis. Si primum reſpondetur, Ca-
meram Apoſtolicam non recedere à con-
tractu, nec poſse cogi ad emendũ frumẽ-
tũ, cum hoc ſit in ipſius arbitrio, vt patet
legenti, & quod ſi voluerit agere ex con-
tractu, illius conditiones adimplebit. Si
ſecundum reſpondetur, contractum eſse
Cameræ præiudicialem; nam Dux inſpe-
cto iure communi poteſt cogi ad venden-
dum frumentum eo pretio, quo commu-
niter venditur, *l. vnic. & ibid. gloſ. & Bar.
nu. 7. & Lucas de Penna in fin. C. vt nemini
liceat in emptione ſpecierum ſe excuſare lib.* 10.
*l. fin. in princ. ff. ad l. Iuliam de Annona. Abb.
in cap.* 1. *num.* 6. *verſ. ſecundo caſu principali*
50 *& ibid. Add. de empt. & vend.* & tempore
penuriꝫ cogi poteſt ad vendendum pretio
viliori. *Bald. & Angel. in l. ſi pendente. §. ſi
quid cloacarij. ff. de vſufr. Bart. in l.* 1. *§. cu-
ra carnis num.* 1. *ff. de off. Præf. Vrbis, Lucas
de Penna in dicta l. vnic. in fin. Natta. conſ.*
435. *num.* 27. *& ſeq.*

Vnde cum ex dicto contractu Camera teneatur ſoluere pro frumento pretium quo venditur in Ciuitate Ianuenſi, Piſana, Lucana, Neapolitana, in Viaregio, & Liburnis, ſcilicet in vno ex dictis locis per Ducem eligendo, hoc pactum eſt Cam erꝫ præiudiciale, quia in dictis locis frumentum quocumque tempore pluris vẽditur, quàm vendatur in Prouincia P trimonij, ex qua tempore caritatis in prædictas Ciuitates, & Terras de licentia Summi Pontificis defertur. Sed hæc ex abundanti, quia de huiuſmodi contractu non diſputatur.

Digitized by Google

Digitized by Google

SVMMARIVM IVRIVM.

Ad perpetuam rei memoriam.

N.I. LICET merum,& mixtum imperium in Patrimonio Beati Petri in Tuſcia ad Apoſtolicam Sedem ſpectare noſcantur,nihilominus nos vt ſubditorum noſtrorũ ſint certa iudicia, & eo roboris amplioris, quo indubiè ex noſtra auctoritate procedẽt, neuè maleficia remaneant impunita &c.

Bladi, vel annonæ graſſiam: extra terminos Patrimonij extrahi prohibemus, niſi deferatur ad locũ, vbi moratur Romana Curia, de gratia tamen ſpeciali cõcedimus, quod deferatur ad Vrbem; de vna tamen Ciuitate Caſtro, vel Terra Patrimonij ad aliam, vel aliud ipſam deferri de Rectoris licentia toleramus abſque redemptione, & fraude, & præſertim quãdo vnus locus abundat, & alius patitur penuriam de prædictis, compulſione remota, niſi à ſæpè dicta Sede Rector haberet aliud in mandatis. Quoties ad Rectorem prædicti Patrimonij, vel ad eius Curiam ab vniuerſitatibus, ſeu perſonis ſingularibus contigerit appellari mãdamus appellationes legitimas recipi, ipſisq. deferri, & friuolas, ac minus legitimas reprobari, ac repelli &c. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis, præcepti, inhibitionis, prouiſionis, conſtitutionis, prohibitionis, tolerantiæ, mãdati, & voluntatis &c. Datum Laterani 13. Kalendas Februarij anno quinto.

N.II. Ex libro Apodixarum, & denariorum, quos recepit Durantius de Serris Clericus Ruthenẽſ Diœc. Notarius, Stephani Loſcout Canonici Eccleſiæ S. Mariæ Maioris Pictauienſis Theſaurarij Patrimonij B. Petri in Tuſcia pro S. R E. anno 1331. Ind. 14. Ioannis 22. anno 15.

Die Lunæ 9. Nouembris 1332.

Item à Scliuieno de Bulſeno pro vna ſalma bladi portanda de *Capitemontis* ad Bulſenum hodie, & cras 12. denar.

Die Martis 19. Octobris 1333. &c.

Item à Iuſſio Magiſtri Domini Viti de Viterbio pro tribus ſalmis bladi cras Viterbium de *Capitemontis* 13. ſol. paparinorum.

Die Sabathi 13. Februarij 1333. recepi &c. Item à Tuccio Nuciolini de Vetralla pro duabus ſalmis bladi portandis de *Biſentio* Vetrallas infra duos dies 11. ſol.

Die Martis 16. Februarij recepi ab Angeluccio Matthæi de Bulſeno pro decem ſalmis bladi conducendis de *Biſentio* Viterbium infra quatuor dies 10. ſol.

Die 14. Auguſti 1331. eadem die recepi à Minicuccio de Bulſeno pro duabus ſalmis grani, & ordei de *Latera* ad Bulſenũ intra octo dies conducẽdis 11. ſol. pp.

Die 28. Auguſti 1331. eadem die recepi à Santuccio de Bulſeno pro duabus ſalmis grani de *Latera* ad Bulſenum intra duos dies conducendis 11. ſol. pp.

Item à Tutio Martinelli de Griptis pro quatuor ſalmis bladi de *Plandiano* Viterbium cras conducendis iiij. ſol.

Item à Maſſo Molendinario de Valentano pro tribus ſalmis bladi de *Plandiano* Viterbium conducendis cras iij. ſol.

Die Sabathi 6. Martij. Item à Cobello, & Tuſſio Petri de Viterbio pro quatuor ſalmis bladi de *Plandiano* Viterbium die Lunæ proxima conducendis iiij. ſol.

Die Dominica vltima Februarij 1333

Item à Peloſo Victurali de Monteflaſcone pro quatuor ſalmis bladi de *Plandiano* Viterbium intra duos dies iij. ſol.

Digitized by Google

Die Lunæ 1. Martij 1333.

Item à Ceccho Petrutij de Monteflaſcone pro duabus ſalmis bladi cõducendis de *Planiano* Viterbium cras ij. ſol.

Die Iouis 18. Februarij 1333.

Item à Coluccio Vannicelli de Viterbio pro ſex ſalmis bladi portandis de *Farneto* Viterbium intra quatuor dies vj. ſol.

Die Iouis 4. Martij recepi ab Angelutio de Farneſe pro duabus ſalmis bladi de *Farneſe* Viterbium cras conducẽdis ij. ſol.

Die Iouis 18. Februarij 1333. recepi à Peloſo de Monteflaſcone pro quatuor ſalmis portandis de *Iſcla* Viterbium hodie, & cras iiij. ſol pp.

Item à Baſtardo, & Muſſio Molendinarijs de Bulſeno pro 11. ſalmis bladi portandis de *Iſcla* Viterbium intra tres dies 11. ſol pp.

Die 19. Auguſti 1331. recepi ab Andriolo de Griptis pro duabus ſalmis grani de Caſtro *Criptarum* ad Vrbem Veterem conducendis die Veneris, vel die Sabathi proximo ij. ſol.

Die 10. Septembris recepi à Roſſo de Bolſeno pro duabus ſalmis bladi, vel farinæ de *Griptis* Bulſenum, & à Tocha de Griptis pro tribus ſalmis bladi de *Griptis* ad Vrbem Veterem intra quinque dies conducendis v. ſol. pp.

Die 17. Maij 1331. recepi ab Andrucho de Pictanella pro ſex ſalmis grani de *Canino* ad Tuſcanellam per ſe, vel alium conducendis hodie, & cras vj. ſol. pp.

Die 4. Septembris recepi à Falco de Valentano pro ſex ſalmis grani extrahendis de *Canino* ad Caſtrum Valentani die Dominica proxima cõducendis v. ſol. pp.

Die Dominica vlt. Ianuarij 1333. Item à Tutio Fredi de Monteflaſcone pro ſeptem ſalmis bladi portandis de *Cellulis* Viterbium intra tres dies vj. ſol. viij. den.

Die Dominica 11. Februarij 1333. Itẽ à Tutio Fredi, & Lucio Venturelli de Monteflaſcone pro octo ſalmis bladi Viterbium portandis de *Cellulis* infra tres dies viij. ſol. pp.

Die Mercurij 10. Febr. 1333. Item à Mucciarello Vannelli de Viterbio pro octo ſalmis bladi portandis de Caſtro *Sala* Viterbium intra tres dies viij. ſol. pp.

Die Iouis 18. Februarij. Item à Putio Golomiæ, & Cenheto ſal.....de Griptis pro ſex ſalmis bladi portandis de Caſtro *Sala* Viterbium intra tres dies vij. ſol.

Dies Sabathi 15. Auguſti 1332. recepi à Seuerio de Valſeno pro duabus ſalmis bladi portandis de *Martha* ad Vulſenum hodie, & cras ij. ſol.

Die Veneris 30 Octobris. Item à Mathucio de Volſeno pro duodecim ſalmis bladis portandis de *Martha* Vulſenum intra duos dies xij. ſol. pp.

Die 14. Nouembris 1331. Item à Nardo Petri de Vrbe Vetere pro quinquaginta ſalmis grani de *Gradulis* ad Vrbem Veterẽ infra decẽ dies cõducendis 50. ſol. pp.

Die Mercurij 11. Decembris 1332. recepi à Nino Ioannis de Gradolis pro 19. porcis de *Gradulis* ad Vrbem Veterem ſolidos tres. denarios nouem.

Die 4. Auguſti 1331. recepi à Petro Angeli Thomaſij de Valentano pro 25. ſalmis grani de *Valentano* ad Volſenum per tres dies &c. conducen. 20. ſol.

Die Mercurij 29. Ianuarij 1332. Item à Menico Salti de Farneto pro 10. ſalmis grani de *Valentano* ad Tuſcanellam intra tres dies conducendos 10. ſol. pp.

EVgenius Epiſcopus Seruus Seruorum Dei. Dilecto filio nobili viro Rainutio quõd. Petri de Farneto Domicello Tuſcaneñ Diœceſis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. N. III.

Dudum ſiquidem videlicet quarto Idus Ianuarij Pontificatus Noſtri Anno tertio eximiam tuam deuotionem, ac fidelitatis conſtantiam, quam erga nos, & Romanam Eccleſiam ipſis affectibus cõtinuo

tinuo oſtendiſti, necnon tuam in noſtris & dictæ Eccleſiæ neceſſitatibus liberalitatem conſiderantes, commoditati, & indemnitati tuæ prouidere volẽtes tibi Caſtrum noſtrum Montiſalti Viterbieñ, & Tuſcaneñ Diœceſis cum Roccha, eiuſq. territorio, & diſtrictu, ac cum molendino, paſſagio, pratis, paſcuis, montibus, ſiluis, aquis, terris cultis, & incultis, alijſq. ſuis iuribus conſuetis, & pertinentijs vniuerſis pro quantitate 11900. florenorum auri de Camera, quos de tuis ſtipendijs facto diligenter, & fideliter calculo à nobis, & Camera Apoſtlica habere reſtabas per alias noſtras certi tenoris letteras noſtro, & Romanæ Eccleſiæ nomine per te, ac tuos vſque ad quinquennium à data dictarum litterarum computandum tenendi, poſſidendi, regendi, gubernandi, & cuſtodiendi tuis ſumptibus, & expenſis, certis alijs clauſulis, & conditionibus adiectis plenam, & liberam conceſſimus facultatem. Cum autem ob exiles præfatæ Cameræ redditus tibi prædicta pecuniarum quantitas nondum à nobis fuerit reſtituta vt ampliorem noſtram, & dictæ Eccleſiæ, ac Sedis Apoſtolicæ gratiam ſortiaris, & ad ea, quæ noſtrum, & dictæ Eccleſiæ honorem, & ſtatum reſpiciunt feruentius animeris, tuis etiam in hac parte ſupplicationibus inclinati, tibi Caſtrũ prædictum cum Roccha, eiuſque territorio, & diſtrictu, ac cum Molendino, paſſagio, montibus, ſiluis, aquis, terris cultis, & incultis, alijſque ſuis iuribus conſuetis, & pertinentijs, vniuerſis, certis alijs conditionibus adiectis pro ſumma 11900. florenorum auri de Camera prædictorum vſque ad triennium à data præſentium computandũ dictas primas litteras quoad reliquum futurum tempus harũ ſerie reuocantes, noſto, & dictæ Romanæ Eccleſiæ nomine per te, ac tuos tenendi, poſſidendi, regendi, gubernandi, & cuſtodiendi tuis ſumptibus, & expenſis, ita tamen quod ſi ante elapſum huiuſmodi triennium dicta ſumma tibi, vel procuratori tuo ad id ſpeciale mandatum habenti perſolueretur, tu nihilominus, ac tui dictum Caſtrum cum Roccha, molendino, paſcuis, ac iuribus, & pertinentijs huiuſmodi vſque ad finem dicti triennij debeas, & debeant libere poſſidere, & ſi forſitan immediatè poſt finitum prędictũ triennium nondum tibi de præfata ſumma ſatisfactum foret, & deinde quamprimum tibi ſatisfactum eſſet, eo ipſo poſſeſſeſſionem vacuam, liberam, & expeditam Caſtri, territorijque diſtrictus pertineñ, & Rocchæ prædictarum in manibus noſtris ſiue dictæ Eccleſiæ, vel alijs a nobis, ſeu dicta Eccleſia deputandis liberè aſsignare, & ponere tenearis, & teneantur, ita tamen quod d. Camera tibi, ſiue tuis pro reparatione, & fabrica Caſtri, & Rocchæ prædictorũ nihil ſatisfacere, & ſoluere teneatur, & inſuper introitus redditus, & prouentus ex Caſtro, molendino, paſſagio, paſcuis, territorio, iuribus, diſtrictu, & pertinentijs ſupradictis quomodolibet prouenientibus, quos in ſortẽ dictę ſummę minime volumus cõputari, infra dictũ terminum, & deinde quamdiu præfata Camera ipſam ſummam 11900. florenorum auri ſoluere diſtulerit, atque retardauerit, leuandi, recipiendi, percipiendi, & exigendi, & in tuos vſus, ac pro defenſione, & cuſtodia Caſtri, & Rocchæ prædictorũ libere conuertendi, ita tamen quod habitatores, & incolæ eiuſdem Caſtri vltra onera conſueta per te, & tuos non grauẽtur. *Et inſuper tibi, ac tuis dicta conceſſione durante frumentum, & cæteras alias res, & bona in territorio, & diſtrictu huiuſmodi duntaxat recollecta, iure Dohanæ ſalis excepto, ex dicto Caſtro, eiuſque territorio & diſtrictu extrahi, & ad loca quæcumque tàm per mare, quam per terram dummodo nobis, & prædicta Romana Eccleſia inimica non exiſtant conduci, & deferri faciendi plenam, & libe-*

E 2 ram

ram auctoritate Apoſtolica concedimus facultatem. Volumus tamen, & decernimus per præſentes vt huiuſmodi conceſsione durante ſingulis annis de fructibus, redditibus, & prouentibus dicti Caſtri nobis, & ſucceſſoribus noſtris Romanis Pōtificibus canonicè intrantibus in feſto Aſſumptionis B. Mariæ Virginis de menſe Auguſti pro cenſu, & nomine cenſus decem librarum ceræ laboratæ tu, ac tui ſoluere tenearis, ac teneantur, mandantes de nouo dilectis filijs habitatoribus, hominibus, & incolis dicti Caſtri medio tempore, quamdiu prædicta ſumma tibi, ſiue tuis ſatisfacta non fuerit, tibi, ac tuis tanquam Rectoribus, & Gubernatoribus Caſtri, Rocchæ, & diſtrictus prædictorū per nos, & dictam Eccleſiam deputatis in omnibus, quæ ipſis mandaueris, ſiue mādauerint plenè pareāt, & intendant, alioquin ſententias, ſiue pœnas, quas rite tuleris, ſiue tulerint in rebelles ratas habebimus, illaſque faciemus auctore Domino vſque ad ſatisfactionem condignam inuiolabiliter obſeruari. Datum Florentiæ Anno Incarnationis Dominicæ 1435. quarto Kal. Decembris Pontificatus noſtri Anno quinto.

N.IV. NIcolaus &c. Dilecto filio nobili viro Rainutio quōdam Petri de Farneto Domicello Tuſcaneñ ſalutem.

Caſſa de mandato S. D. N. quia ſatisfactū eſt Rainutio, reſtituitq. Caſtrū Montiſalti, vt cōſtat lib. I. diuerſ. Cam. Apoſt. S.Con fin.

Dum firmam, & illibatā deuotionis tuæ erga ſtatū Eccleſiæ integritatem diligenter attendimus, tuamq: in noſtris, & dictæ Eccleſiæ neceſſitatibus, quas de præſenti imminere cognouiſti liberalitatem paterna conſideratione penſamus, dignum reputamus, & cōgruum tuæ indemnitati prouidere, vt pro tuis benemeritis, ac fidelitatis obſequijs ſecuritatem debitam conſequaris. Cum itaque tu pridem pro tuæ fidei ſincera conſtantia, & ad aliorum etiam exemplum, nobis, aut alteri, noſtro, & Romanæ Eccleſię nomine ad omnem libitum noſtrum omni prorſus exceptione Iuris, aut facti poſtpoſita, & abſq; vllo temporis interuallo reſtituere, & reaſſignare effectualiter ſpoponderis Caſtrū noſtrum Montiſalti Viterbieñ, & Tuſcaneñ Diœceſis tibi cum Roccha, eiuſque territorio, ac diſtrictu cum molendino, paſſagio pratis, paſcuis, montibus, ſiluis, atq. terris cultis, & incultis, alijsq iuribus, & pertinētijs ſuis vniuerſis, ad nos, & Cameram Apoſtolicam pertinen. per felicis recordationis Eugenium Papam Quartū prædeceſſorem noſtrum pro quantitate vndecim millium, & noningētorum florenorum auri de Camera tibi de ſtipendijs tuis à prædicta Camera deberi reſtātium ſuppignoratum, ſeu alias cōceſſum, vt in litteris ſuper inde confectis, quarum tenores hic haberi volumus pro ſufficienter expreſſis, continetur; habita dumtaxat à nobis cautela, & promiſſione de 9000 ſimilibus florenis tibi pro integra, & totali ſatisfactione ſupradictæ maioris ſummæ ab ipſa Camera, ſeu officialibus eius perſoluendis, reſiduum ſponte tua omnino remittens. Volentesq. ijs omnibus conſideratis commoditati, & indemnitati tuæ efficaciter prouidere, vt ſic inpoſterum, & omni tempore ad ſeruiendū dictæ Eccleſię attentius animeris, tibi antedicto Rainutio, tuisq. hæredibus, & ſucceſſoribus pro dicta 9000. florenorum quantitate recipienda omnes, & ſingulos fructus, introitus, redditus, & prouentus pecuniarios, qui ex Prouincia noſtra Patrimonij Beati Petri in Tuſcia tam de prę terito, quam in futurum eidem Cameræ qualitercumque & quauis ex cauſa ordinariè, vel extraordinariè debeantur vſq; ad integrā dictæ ſummæ ſatisfactionem, prouiſionibus, & ſalarijs officialium noſtrorum dictæ Prouinciæ dumtaxat exceptis, auctoritate Apoſtolica, obligamus, & pro

& pro obligatis, iamq. adiudicatis haberi debere poſt dicti Caſtri noſtri reſtitutionem factam, decernimus per præſentes, mandatis conceſſionnibus, aut alijs in contrarium non obſtãtibus quibuſcumque; mandantes harum ſerie Theſaurario, ac Dohanerio dictæ Prouinciæ præſentibus, & futuris, alijsq. ad quos ſpectat, quatenus abſque alterius mandati noſtri expectatione, tibi, aut legitimo Procuratori tuo pecunijs ad ipſorum manus vndecumque, & quouis modo prouenientibus tam ex Dohana Salis, & paſcuis pecudum, & aliorum animalium, quam Tractis frumentorum, & aliorum bladorum, ac Tertiarijs, & alijs quibuſque, & quas ad Cameram ipſam in dicta Prouincia ſpectare quomodolibet cognouerint ſucceſſiuis temporibus vſq; ad dictam 9000. florenorum ſummam tradãt realiter cum effectu; quietationem, ac finalem remiſſionem de ſolutis cum pacto de vlterius non petendo à te, vel tuo procuratore legitimo recepturi. Deuotionem autem tuam hortamur, vt quemadmodũ hactenus tuę fidelitatis firmitudinẽ abſque hæſitatione demõſtrare ſtuduiſti, ſic de cætero firmiter continuare procures vt tuis, ac tuorum dignis operibus inſpectis ab Eccleſia continuis honoribus extolli, & fauorabiliter pertractari merearis. Datũ Romæ apud S.Petrum anno &c. 1447. 18. Calendas Nouembris Pontificatus noſtri anno primo.

N. V Notula integra cõceſſionis Montiſalti.

GRaui, & bono Præſidi conuenit Prouinciam ſibi regendam commiſsã malis hominibus expurgare, nam latrones, plagiarios, fures conquirere debet, & prout quiſque deliquerit in eum animaduertere, eorumq. receptores coercere, ſine quibus huiuſmodi facinoroſi homines diutius latere nequeunt, ex quo pacata, fructuoſaque Prouincia redditur, Conſiderantes itaque Corſos Terrã Montiſalti inhabitare, in multa mala procliues eſſe, nam latrocinia in Dohanis Patrimonij in Tuſcia B. Petri plurimum exercent, abigeatus varios committunt, furta, & rapinas flagrantiſſimas faciunt, quo fit vt ipſi affidati cum ſuis animalibus in dictis Dohanis ita maximis damnis afficiũtur, quod breui tempore vlterius ad dictas Dohanas non accederent, & conſequenter Camera ipſa maximis damnis afficeretur, nedum alij tranſeuntes, & incolentes dictas Dohanas pręfati Patrimonij, & quia vt ſupra oſtenſum eſt ad officium noſtrum ſpectat, quantum cum iuſtitia poſſibile eſt iſtis inconuenientibus nullo modo poſſe ſubuenire, & prouidere inuenimus, niſi dictos Corſos à dicta Terra Montiſalti recedere, & migrare faciamus, de eorum melioramentis, & bonis prius, & ante omnia ſatis facto, & quia occurrebant alia plurima pericula, videlicet quod deſtituta dicta Terra Montiſalti facilè Piratæ, & infideles, dictis Dohanis omni præſidio deſtitutis ab alto in Terram deſcendentes præfatos affidatos, & eorum bona, & animalia, ac alios incolas dictarum Dohanarum infeſtarent, & cum iſtis difficultatibus non poſſit occurri, niſi alicui potenti viro Roccha, & Arx reficienda terræ Montiſalti, ac ipſa Terra in nobile feudum concedantur cũ pactis, & conditionibus, quod directum dominiũ, & ciuilis poſſeſſio præfatæ Cameræ illæſa remaneant, & affidati, & alij incolæ tuti ab omnibus iniurijs, & damnis omni tempore ſint, & remaneant, & ea ſolitos, & conſuetos prouentus habere poſſit, cõſiderantes quod huiuſmodi difficultates nemo melius, & facilius poteſt tollere, & illis occurrere, quam Illuſtriſſ. D. Petrus Aloyſius Farneſius, quia & prudens, & fortis eſt, ac propter ſui ſtatus vicinitatem potentiſſimus, hinc eſt quod anno à Natiuitate Domini 1535. die 29. menſis Maij Põtificatus S.D.N. Pauli diuina

uina

Digitized by Google

tiina prouidentia Papæ III. anno primo congregati, & coadunati in Palatio Reuerendiſſ.D. Auguſtini tituli S. Apollinaris Presbyteri Cardinalis S.D.N. Papæ, & S.R.E. Camerarij præfatus R.D. Camerarius Philippus de Senis Cameræ Apoſtolicæ Clericus Decanus, Aſcanius Epiſcopus Ariminen̄. Theſaurarius, Ioannes Gaddius, Vbertus Terdonen̄, Fabius Biſignanen̄, Ioānes Hieronymus Papien̄ Federicus Tudertin̄ Cameræ Apoſtolicæ Præſidentes, & Clerici aſsiſtentibus ſibi Dominis Paulo Hieronymo Franco Præſidente, & Benedicto de Valentibus Fiſci eiuſdem Cameræ Procuratore, & de præmiſsis vt ſupra tractantibus, & conſultantibus, habitaque matura conſideratione ſuper oportuna prouiſione deſuper faciēda, ex prænarratis, & alijs rationabilibus cauſis moti ſponte, & ex certa eorū ſcientia, ac ex decreto, ordinatione, & matura deliberatione per eoſdem deſuper factis deuenerunt ad infraſcripta pacta cōuentiones, & capitula cum præfato Illuſtriſsimo D. Petro Aloyſio abſente, & D. Ioanne Nicolao Angelono de Monteleone laico Spoletano præfati Illuſtriſsimi D. Petri Aloyſij Procuratore prout de ſuo mandato cōſtare aſſeruit per acta D. Petri Aloyſij de Atteuantis Cameræ Apoſtolicę Notarij præſente, & acceptante, ac legitimè pro præfato eius principali, ac hæredibus, & ſucceſſoribus ſtipulante, videlicet quia præfati Præſidentes, & Clerici dederunt tradiderunt, & conceſſerunt in nobile feudum præfato Illuſtriſsimo D. Petro Aloyſio abſenti præfato eius Procuratore præſente, & vt ſupra acceptante, & legitime ſtipulante præfatum Caſtrum Montis alti ad S D. N. Papam, & Cameram Apoſtolicam ſpectans, & pertinens vna cum tenutis, quas de præſenti poſsident, & gaudent Montisaltenſes, videlicet piſcinā dictam alias la Valle Sanguinara, Macchia dell'Orto, Caſtellaria, Banditella de Montealto Campoſcala, Malferrana, Riſtretto delle vigne cum eorum confinibus ſolitis, & conſuetis, & ad præfat um S. D. N. & Cameram Apoſtolicam ſpectan̄, & pertinen̄ pro pręfato Illuſtriſsimo D. Petro Aloyſio, iuſque filijs, & deſcendentibus vſq. ad quartam generationem per lineam maſculinam deſcendentem, incipiendo à filijs eiuſdem D. P. Aloyſij in feudum nobile, & perpetuum vt ſupra pro annuo cenſu, ſiue canone vnius crateris argenti puri ponderis vnius libræ in feſtiuitate Beati Petri, & Pauli Apoſtolorum de menſe Iunij quolibet anno per eundem D. Petrum Aloyſium, & hæredes prædictos hic Romæ Reuerendiſſ. D. Camerario pro tēpore, & præfatis DD. Clericis, & Theſaurario exiſten̄ perſoluen̄, ad habendum, tenendum, poſsidendum, vſufructuandum, & fructificandum, ita tamen quod deſinente dicta quarta generatione Caſtrum prædictum cum dictis tenutis, & pertinentijs earundem vna cū omnibus melioramentis prædictis reuertatur ad præfatam Cameram, ita quod liceat eidem Cameræ ſua propria auctoritate capere poſſeſsionem eorundem Caſtri, & Tenutarum, & ſint, & eſſe intelligantur Cameræ prædictæ prout erant ante tempus præſentis contractus, ſaluo tamen, & reſeruato iure hæredibus, & ſucceſſoribus prædictis poſt quartam generationem prædictam petendi confirmationem, ad quam faciendam ipſa Camera teneatur, ſoluto tamen eidem Cameræ Apoſtolicæ per præfatos hæredes allodio ſolito, & conſueto cum pacto inter partes prędictas inito, & cōuento quod pręfatus Ill. D. Petrus Aloyſius teneatur reficere, & reſtaurare Arcem dictæ Terræ, & ibidem præſidium viginti equitum pro tuitione, & defenſione affidatorum, & Dohanæ tēpore, quo inibi eoſdem permanere contigerit; deinde verò in reliqua parte anni, quo affidati prædicti receſſerint octo

equi-

equitum pro tuitione colonorum dicti Caſtri, ac frumentorum, & bladorum in dictis tenutis, & territorio exiſtentibus tempore meſſis tenere, itaq; pariter idem Petrus Aloyſius teneatur ſatisfacere eiſdem Corſis de æquiualenti pretio, & valore bonorum, quæ in dictis Caſtro, ſeu territorio, & Tenutis prædictis habent, & & poſſident in pecunijs, ſeu alijs bonis æquiualentibus. Item quod dictus Petrus Aloyſius, & ſui hæredes & ſucceſſores prędicti teneantur ſoluere cenſum prædictũ annuatim temporibus, vt ſupra; Item quod prædictus D. Petrus Aloyſius teneatur prædictos Corſos, à dicto Caſtro expellere, & Caſtrum ipſum cum illius territorio ab eiſdem Corſis euacuare, & ab eorumdem Corſorum, & Piratarum, ac infidelium inſultibus, violentijs, & deprædationibus Caſtrum prædictum cum eius territorio pro poſſe tueri, & defendere, & è contra R.D. Camerarius, & Præſidentes, & Clerici promiſerunt quod Caſtrum cum Tenutis. & Iuribus, & pertinentijs prædictis ad prædictum S.D.N. & Cam. Apoſtolicam ſpectat & pertinet, nec fuit. & eſt alicui alteri perſonę venditum, locatum, vel alienatum, nec de eiſdem Caſtro, & Tenimentis eſt factus aliquis contractus, vel extractus in præiudicium præſentis contractus ſub hypotheca, & obligatione omnium, & ſingulorum bonorum Cam. Apoſtolicæ prædictæ dantes poteſtatem &c. eidem Illuſtriſſ. D. Petro Aloyſio quod propria eius auctoritate poſſit capere poſſeſſionem dicti Caſtri, & tenutarum prædictarum abſque alia Iudicis ſententia &c.

N.IV. PAulus Epiſcopus Seruus Seruorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Sedis Apoſtolicæ prouidentia circumſpecta, quæ per officiales ſuos præſertim in commodum ipſius facta dicuntur libenter cum ab ea petitur Apoſtolici munimi- nis firmitate corroborat. Exponi nobis nuper fecerunt dilecti filij Præſidentes, & Clerici Cameræ Apoſtolicæ, ac nobilis vir Petrus Aloyſius de Farneſio Domicellus Romanus, quod cum ipſi Præſidentes, & Clerici ex quamplurimis præſertim Dohaneriorum Prouinciæ noſtræ Patrimonij B. Petri querelis, & lamentationibus accepiſſent quod habitatores Montiſalti Viterbieñ, ſeu Tuſcaneñ, aut alterius Diœceſis varia, & diuerſa damna, ac graues iniurias perſonis in territorio dictæ Terræ animalia affidata tenentibus, ſeu per illud tranſeuntibus inferebant in maximum ipſorum Dohaneriorum, & Cameræ præiudicium, ac ſcandalum plurimorum, ipſi Præſidentes, & Clerici cupientes deſuper oportunum adhibere remedium ac conſiderantes damnis, ſcandalis, & iniurijs huiuſmodi nullo meliori, & faciliori modo occurri poſſe, quam medio dicti Petri Aloyſij, qui ex eo quod complura oppida, & loca eidem Terræ Montiſalti vicina habet inconueniẽtibus præmiſſis obuiandi commoditatem haberet, hac, & alijs eorum animum mouentibus cauſis, & cõſiderationibus moti, habita de præmiſſis in eadem Camera diſcuſſione Terram Montiſalti prædictam cum piſcina alias valſanguinara, Macchia dell'orto, Caſtellaria, Banditella, Campoſcala, & Malferrante, ac forſan alijs tũc expreſſis tenimentis, ſeu villis, & pertinentijs dictæ Terræ Montiſalt; cum eorũ confinibus dicto Petro Aloyſio pro ſe, & ſuis filijs, ac nepotibus ex maſculina linea deſcendentibus vſq ad quartam generationem incipiendam à filijs ſuis in feudum nobile ſub annua reſponſione vnius crateris argenti ponderis vnius libræ, hoc dicto, quod teneatur arcem dictæ Terræ reſtaurare, & melioramenta ipſa finita generatione intelligantur donata dictæ Cameræ, teneaturq. ipſa Camera poſt huiuſmodi generationem finitam ſucceſſoribus

ribus dictum feudum ſoluto allodio, ſeu laudemio confirmare, ac cum poteſtatibus, facultatibus, pactis, conditionibus, promiſſionibus, ſeu obligationibus, & cautelis etiam tunc expreſſis conceſſerũt prout in litteris patẽtibus dictorum Præſidentium & Clericorum, ſeu publico inſtrumento deſuper confectis plenius dicitur contineri. Cum autem ſicut eadem expoſitio ſubiungebat Præſidẽtes, & Clerici, ac Petrus Aloyſius præfati cupientes dictam cõceſſionem pro illius ſubſiſtentia firmiori per nos approbari, & confirmari, pro ipſorum parte, & præſertim Pręſidentium, & Clericorum Cameræ aſſerentium ſe dicto Petro Aloyſio, quod cõceſſio prædicta, ſicut præfertur, facta per nos confirmaretur, & approbaretur promiſiſſe, nobis fuit humiliter ſupplicatum vt eorum votis circa præmiſſa annuere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur volentes vt qui cum miniſtris noſtris contrahunt pactorum ſinceram obſeruationem, noſtramque, & dictæ Sedis gratiam, & fauorem omnino ſentiãt, (attendentesq., quod alias felicis recordationis Eugenius Papa Quartus prædeceſſor noſter dictam Terram Montiſalti quondam Rainutio Farneſio, vni ex ipſius Petri Aloyſij progenitoribus ex certis tunc expreſſis cauſis conceſſit, volens vt idem Rainutius, & eius ſucceſſores frumenta, & alia bona ex præfata Terra Montiſalti, eiusq. diſtrictu, & territorio abſq; aliqua vectigalis, ſeu pedagij ſolutione liberè extrahere, & ad loca quæcumque, tàm per Terram, quàm per mare conduci facere poſſet) Conceſſionem huiuſmodi, ac prout illam concernunt omnia, & ſingula in dictis litteris, ſeu inſtrumento contenta auctoritate Apoſtolica tenore præſentium approbamus, & confirmamus & præſentis ſcripti patrocinio cõmunimus, ſupplentes omnes, & ſingulos, tàm iuris, quàm facti defectus, ſi qui forſan interuenerint in eiſdem, *& nihilominus dicti Eugenij prædeceſſoris veſtigijs inhærendo, volentes erga eundem Petrum Aloyſium nos reddere gratioſos, ei, ſuiſq hæredibus, & ſucceſſoribus præfatis frumenta, & alia bona ex Montiſalti, & aliis ſuis Oppidis, Terris, locis, quæ vt præfertur obtinet, eorumq. diſtrictibus, & territorijs liberè, & abſque ſolutione alicuius vectigalis, ſeu pedagij extrahendi, & ad loca quæcumque tàm per mare, quàm per Terram conduci faciendi plenam per præſentes concedimus facultatem,* decernentes pro præſentium, & in eis contentorum validitate, & efficacia per quoſcumque Iudices quauis auctoritate fungentes ſublata, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & diffiniri debere, necnon irritum, & inane, quicquid ſecus ſuper his per quoſcumque quamuis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſq. contrarijs quibuſcumque. Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo, quingenteſimo trigeſimo quinto duodecimo Calendas Ianuarij Pontificatus noſtri anno ſecundo.

PAulus &c. Ad futuram rei memoriam. Cæleſti Altitudinis Potentiæ &c. Dudum ſiquidem cum cla. me. Petro Aloyſio ſeniore genitore, & Angelo germano, ac alijs omnibus, aiſimilis mem. Rainucio de Farneſio etiam per lineam tranſuerſalem deſcendẽtibus maioribus noſtris, quibus Canini Gradularum, ac Abbatiæ ad Pontem Caſtreñ, necnon Valentani, & Lateræ in Vicariatum, ac Pinzani, Caſſani, & Taſſani Caſtra, & Inſula cum Terra Marthæ, & Roccha, Canarij Montisflaſconeñ, & Tuſculañ Diœc. per fel. rec. Eugenium Quartũ Nicolaum Quintum, Martinum etiam N.VII.

Quin-

Quintum, Pium Secundum, & Paulum etiam Secundum Rom. Pontifices prædeceſſores noſtros etiam forſan conciſtorialiter ſucceſſiuis vicibus & temporibus cũ ſolutione cenſus annui Cameræ Apoſtolicæ vnius crateris argenti ad tertiam generationem conceſſa fuerant, de medio ſublatis, Caſtra, Terrę, & loca prędicta &c. ad nos ſolos &c. deueniſſent, & nos illa omnia, necnon Caſtrum Vici etiam tunc dirutum, & inhabitatum, ac Tenutam Caſamalæ, Sutrinæ, ac Nepeſinæ Diœc. obtineremus recol. me. Leo Papa X. &c. conceſſit &c. & demum dicto Clemente prædeceſſore, ſicut Domino placuit, de medio ſublato, nos diuina fauente clementia ad ſummum Apoſtolatus apicem aſſũpti eidem Petro Aloyſio iuniori Terram Montiſalti eiuſdem Tuſculanæ Dięc. pro ſe filijs, & hæredibus ſuis maſculis in quartam generationem ſub certo annuo cenſu ex certis cauſis tunc expreſſis, ac poſtmodum etiam Ciuitatem Nepeſinã etiam cum ſua Arce, & alijs tunc expreſſis dil. filio Octauio de Farneſio dicti Petri Aloyſij iunioris ſecũdogenito in duodecimo, vel circa ſuæ ætatis anno conſtituto ad vitam ſuam tantũ, & poſtremo etiã de venerabilium fratrum noſtrorũ eiuſdem S.R.E. Cardinalium conſilio, & aſſenſu Ciuitatem Caſtren. in Prouincia Patrimonij Sancti Petri, Caſtrumq., ſiue Caſtellum, vel Oppidum Griptarum dictæ Montiflaſconeñ Diœc. ad eaſdem Sedem, & Camerã iure directi dominij pari modo ſpectañ, & pertineñ d. Petro Aloyſio iuniori titulo permutationis, ac etiam ex cauſis, & rationibus tunc expreſſis in perpetuum allodium etiam cum mero, & mixto imperio, gladijq. poteſtate, & alijs tunc expreſſis iure ſuperioritatis eiſdem Sedi, & Cameræ tantum reſeruato, *necnon, tam circa granorum, ſiue frumentorum totius Status infraſcripti extractionem, & facultatem illa ad quacumque loca etiam præfata Romana Eccleſia, & nobis immediatè, vel mediatè ſubiecta conducendi*, quam diuerſas alias facultates, exemptiones, & alia priuilegia, & indulta conceſſimus, & aſſignauimus, aliasq. & alia fecimus, ac dicti Eugenius, Nicolaus, Martinus, Pius, Paulus, Iulius, Leo, & Clemens prædeceſſores conceſſerunt, fecerunt, aſſignauerunt, ſtatuerunt, & ordinauerunt prout in ſingulis ipſorum prædeceſſorum noſtrorum, & noſtris, necnon patentibus, Cameralibus litteris, & alijs tàm publicis, quàm priuatis documentis deſuper confectis plenius continetur. Nos igitur &c. ſtatui domus noſtræ prouidere volentes &c. necnon omnes, & ſingulos Vicariatus prædictos, ac illorum titulos etiã cum omnibus & ſingulis Iuribus, & pertinentijs ſuis, & ab ijſdem dependẽtibus, ac eis connexis, necnõ etiam quo admodum ſuccedendi alias quam, vt infra deſcribitur, ac per nos ſpecialiter, & expreſſè diſponitur, ac pactũ de retrouendendo Terram ſiue Caſtrum, vel Oppidum Roncilioni, ac prædictos, ac quoſcumq; alios cenſus quomodolibet ſolui ſolitos, vel alias debitos, necnon ſingulas prædictas, ac omnes, & ſingulas alias ipſorum Eugenij, Nicolai, Martini, Pij, Pauli, Iulij, Leonis, & Clementis, ac aliorũ quorumcumq; Romanorum Pontificum prędeceſſorum prædictorum, & noſtras dicto Rainutio ſeniori, & ſuis deſcendentibus, ac ſucceſſoribus, nobisq. & per nos ipſis Petro Aloyſio iuniori, & Octauio cõceſſas litteras, quarum tenores præſentibus pro expreſſis, & totaliter inſertis haberi volumus, alias forſan in totum, vel in partem eiſdem præſentibus litteris, & infraſcriptis aduerſantes, & repugnantes, ſiue contrariantes, ſeu illas limitãtes, vel reſtringentes, aut ipſis quocumque modo derogantes, vel impedientes, harum ſerie penitus, & omnino caſſantes et annullantes, et expreſsè reuocantes, necnõ cen-

cenſus prædictos, et illorum quemlibet, ac illorum ſolutionem remittentes, et ab illis Petrum Aloyſiũ iuniorem, ac Octauium prædictos, necnon alios infraſcriptos abſoluentes, et liberantes, illosq., et illas ſimiliter penitus, et omnino ſupprimentes, et exigentes, *ac in reliquis omnibus, & ſingulis in illis contentis illas, & illarum ſingulas, necnon omnia, & ſingula priuilegia, indulta, gratias, conceſſiones, facultates, remiſſiones, abſolutiones, inueſtituras & exemptiones, libertates*, et quaſcumque alias remiſſionum, ſeparationum, diſſolutionum, diſmembrationum, et quorumcumque aliorum Rom. Pontificum prædeceſſorum noſtrorum huiuſmodi, ac noſtras tàm quibuſcumq; maioribus noſtris prædictis, quàm nobis, ac per nos præfatis Petro Aloyſio iuniori, et Octauio, ac alijs infraſcriptis factas conceſſiones, & litteras, ac quæcumque alia tàm priuata, quàm publica documenta deſuper confecta approbantes, & confirmantes, ac perpetuæ roboris firmitate ſubſiſtere, & firmiter obſeruari, necnon Petro Aloyſio iuniori, ac Octauio, & alijs infraſcriptis perpetuo ſuffragari debere decernentes &c. motu ſimili &c. Caſtren. & quæ etiam alias titulo Ducatus dicta auctoritate Apoſtolica inſignita extitit Nepeſinæ Ciuitates, ac Canini, Gradularum, Abbatiæ ad Pontem, Valentani, Lateræ, Pinzani, Caſſani, & Taſſani, ac Inſulam cum Terra Marthæ, ac Roccha Canarij, necnon quæ ſemper eorũdem Rainucci antiquioris, & aliorũ maiorũ prædeceſſorum noſtrorum prędictorũ, & noſtra allodia fuerunt, & ſunt, nec Sedi prædictæ, aut Rom. Pontifici, aut Imperatori, vel alicui alteri Principi dominio, vel Domino in temporalibus ſubsũt, nec quoquomodo ſuperiorem recognoſcunt &c. Caput montis, Biſentium, Theſei, Pigienam, Mozanum, Pianzanum, Arleum, & Ciuitellam, ac Montiſalti, & Gryptarum etiã cum omnibus, & ſingulis illarum, & illorũ territorijs, & diſtrictibus vniuerſis &c. ita quod vnicum tantum corpus ſit, &c. Apoſtolica auctoritate prædicta tenore præſentiũ perpetuo inuicem vnimus, annectimus, & incorporamus, ac ſic vnita annexa, & incorporata ad inſtar aliarum Ciuitatum, & Terrarum Ducatus titulo, dignitate, & honore fulgentium perpetuo erigimus, ac Ducalibus nomine, titulo, iuribus, facultatibus, inſignibus, honoribus, prærogatiuis, antelationibus, & prçeminentijs vniuerſis inſignimus, & decoramus, ac Ducatum ipſum cum pleno in temporalibus dominio, ſupremaq. & omnimoda etiam meri, & mixti imperij, ac quacumq; gladij poteſtate, & vniuerſali iuriſdictione, & illorum exercitio eiſdem Petro Aloyſio iuniori, & Octauio ordine ſucceſſiuo, & ſuis primogenitis modo, & forma infraſcriptis perpetuo cõcedimus, damus, & elargimur, ac eos de illo inueſtimus &c. ac tam ipſi quam quicumque alij &c. iuriſdictione &c. ac etiam cuiuſcumque gradus ſupremi, meri, & mixti imperij, omniumq. & ſingulorum etiam impoſitionibus nouorum vectigalium, pontium, tranſitus, & paſſus, gabellarum, dationum etiam ad cuſſionem tã aureæ, quàm argenteæ monetæ, ac aliorũ quorumcumque etiam maiorum iurium, etiam regalium nuncupatorum &c. vtantur, potiantur, gaudeant, & exerceant &c. Datum Romæ apud Sãctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo trigeſimo ſeptimo pridie Calendas Nouembris Pontificatus noſtri anno tertio.

IN Camera Apoſtolica factum fuit decretum de pretijs grani, ordei, & bladi, vt infra.

Die 12. Septemb. 1550.

Pro quolibet rubro grani Iulij 42.

Pro quolibet rubro ordei Iulij 21.

Pro

Digitized by Google

Pro quolibet rubro auenæ Iulij 15.
Pro quolibet rubro ſpeltę Iulij 13.
In Ciuitate vetula ad eamdem ratam modium grani, quod facit rubrum 1÷ Iulij 51.
Modium ordei Iulij 24.
In Ciuitate Corneti ad ratam vt ſupra modium grani Iulij 50.
Modium ordei Iulij 23.
In Caſtro *Montiſalti* ad ratam. vt ſupra modium grani Iulij 49.
modium ordei Iulij 22.

V.A. Bononien. Cameræ Apoſtolicæ Clericus Coll. cum originali folio per me viſo, & concordat

Hieronymus de Tarano.

Adſunt ſimilia decreta vſque ad Annum 1557.

G. Aſcanius Camerarius.

N. IX. Dilectis nobis in Chriſto magnificis Viris Dominis Thomæ de Caualcantibus, Ioanni Giraldo, & ſocijs mercatoribus Florentinis Romanam Curiam ſequentibus ſalutem in Domino. Humilibus nomine veſtro nuper porrectis ſupplicationibus inclinati. Volentes vobis ſpecialem gratiam facere de mandato &c & auctoritate &c. vobis vt omnem tritici quantitatem vobis ab Illuſtriſs. D. Hieronyma Vrſina Parmæ, & Placentiæ Duciſſa, & Ducatus Caſtrenſis adminiſtratrice ad bonum computum ſummæ vobis per Illuſtriſsimum D. Horatium Farneſium Ducem Caſtrenſem, vt dicitur, debitæ conſignatam, & quam in Caſtro Montisalti habere dicitis rubra quingenta inſimul non excedentem in toto vel parte quibuſcumque dicti Ducatus Caſtrenſis incolis, & habitatoribus vendere, & alienare, ac mutuo dare, & permutare ſeu ſi magis videbitur illã ex dicto Caſtro Montisalti, ſeu quibuſuis alijs dicti Ducatus Caſtrenſis locis, ad quæ illam pro tempore adduci contingeret vnica extractione, ſeu pluribus extractionibus extrahere, & ad quæcumque, tàm Patrimonij, quàm alias Prouincias, Ciuitates, & loca ſtatui Eccleſiaſtico ſubiecta conuehere, parique modo in ipſis Patrimonij, ac alijs Prouincijs, Ciuitatibus, & locis vendere, alienare, mutuo dare, & permutare per quoſcũque Agentes veſtros, præſertim noſtrarũ oſtenſores liberè, licitè, & impunè poſsitis, & valeatis earundem præſentium tenore gratiosè cõcedimus, & indulgemus, diſtrictius inhibendo mandantes propterea vniuerſis, & ſingulis Commiſſarijs, & officialibus ſuper huiuſmodi deputatis, cæteriſque, ad quos quomodolibet ſpectat, & in futurum ſpectabit, ac quibus eædem pręſentes oſtenſæ fuerint ſub cenſuris, & mille ducatorum auri Cameræ Apoſtolicę infereñ, alijſque noſtri arbitrij pęnis ne vos, aut pro vobis agentes in pręmiſsis vllo modo, vel obtentu impediant, remorentur, vel moleſtent, alioquin &c. irritum &c. quibuſuis prohibitionibus, proclamationibus, necnon quacumque obligatione per eoſdem mercatores facta de dicta tritici quantitate in toto, vel parte ad almam Vrbem aduehenda, cæteriſque contrarijs non obſtantibus quibuſcumque. Volumus autem quod in euentum extractionis præfatæ extracta tritici huiuſmodi quantitas à tergo earundem præſentium annotetur, ne qua deſuper fraus committi poſsit ſub eiſdem pœnis in quorum &c. Datum &c. die 3. menſis Martij 1552.

G. Aſ. Card. Cam.
Fr. de Aſpra Theſ.

Hieronymus de Tarano

Adeſt alia ſimilis tracta ad effectum trãſuehendi ad Vrbem die 27. Ianuarij 1552.

Eſſendo neceſſario per ſeruitio di Noſtro Signore, e di queſta Santa Sede, che l'alma Città di Roma, & altre Città, Terre, e luoghi dello Stato Eccleſiaſtico N. X.

Digitized by Google

ſiano abondantemente prouiſte d'ogni ſorte di graſcie, e particolarmente di grano, orgio, & altre biade, confidando Sua Santità, e noi nella fedeltà, e diligenza di M. Valentino Pellegrini, di eſpreſſo ordine di Sua Beatitudine per tenor delle preſenti deputiamo, il prefato M. Valentino Commiſſario in tutte le Città, Terre, & luoghi dell'Eccleſiaſtico fuor di Roma, e particolarmente per tutto il Patrimonio, e Stato di Caſtro, & altri luoghi circonuicini mediate, & immediate ſottopoſti alla Santa Sede Apoſtolica con autorità di poter ordinare, & eſſeguire tutto quello, ch'egli giudicherà ſia in ſeruitio di Noſtro Signore ſecondo l'inſtruttione datagli à bocca da noi, e dal Reuerendiſsimo Monſignor Gouernatore di Roma, e Reuerendiſsimi Deputati ſopra l'Abondanza d'eſpreſſo ordine di Sua Santità, di caſtigare tutti quelli che ſaranno trouati in frode, e ch'haueranno quocumque modo commeſſo, ò vero commetterano cõtrabando tanto in detto Patrimonio, come nel ſtato di Caſtro, & altri luoghi del Stato Eccleſiaſtico mediate, & immediate ſoggetti, e prouedere all'auenire, commandando à tutti particolari, Città, & Terre e luoghi del Stato prefato, & anco à tutti Gouernatori, Signori, Baroni, Feudatarij così Eccleſiaſtici, come ſecolari, miniſtri, & altri eſſecutori, ch'in tutto quello che ſaranno richieſti per eſſecutione della preſente commiſſione dal ſudetto M. Valentino Commiſſario, ò ſuoi ſoſtituti gli debbiano ſenza replica alcuna vbbidire, aſſiſtere, & accompagnare, dãdogli ampla autorità di poter ſoſtituire altri Commiſſarij con queſte medeſime autorità doue gli parerà, e di poter etiam manu regia citare, comandare, proceſſare, condennare, priuare, & eſſeguire, cõponere, e gratiare tutti gli vbbidienti, publicar bandi, & applicare le pene per la metà alla Reuerenda Camera Apoſtolica, e per il reſto ad arbitrio ſuo, ordiniamo ch'in ogni luogho gli ſia prouiſto d'honorato ricetto, e che non ſe gli manchi quanto egli, ò ſuoi ſoſtituti ordinaranno ſotto pena dell indignatione di N. Sig. & altre pene pecuniarie, e corporali da arbitrarſi da noi. In quorum &c. Datum Romæ in palatio Apoſtolico die 8. Iulij 1559.

B. Card. Traneñ.
Io. Card. Reomañ.
Io. Bapt. Card. Conſ.

A. Epiſcopus Theleſinus Secr.

Adſunt aliæ ſimiles patentes litterę indicatæ in informatione facti, quæ breuitatis cauſa omittuntur.

G. Aſc. Camerarius.

VNiuerſis, & ſingulis harum noſtrarum notitiam habituris ſalutem in Domino, & obedientiam. N. XI.

Quandoquidem nomine Illuſtriſſimæ D. Caſtri Duciſſæ nobis expoſitum fuit complures eius ſubditos de dicto Ducatu, & Statu Caſtrenſi habere varias tritici veteris quantitates in locis ipſius Ducatus, & ſtatus collectas, & in Annonam Almæ Vrbis iuſſu fel. rec. Pauli Papæ IV. ſeu eius miniſtrorum adſeruatas, ſeque vereri ne marceſcant, quod in partibus illis triticũ ipſum vltra annum ægre ſeruetur; nos volentes prouidere ne triticum ipſum marceſcat, ſimulque eidem Illuſtriſſimæ Dominæ Duciſſæ, quæ ſuper hoc apud nos inſtitit rem gratam facere auctoritate &c. vniuerſis & ſingulis prædictis Illuſtriſſimæ D. Duciſſæ ſubditis, & alijs perſonis prædictis de tritico veteri huiuſmodi habentibus, vt ipſum triticum vetus ex locis prædicti Ducatus, & Status extrahere, & mari, vel terra quocumque voluerint, præterquam ad partes infidelium comportare licitè, & impune poſſint & valeãt; concedimus, & indulgemus ſtrictè inhibentes tractarum Commiſſarijs, & alijs

huiuſ-

huiuſmodi deputatis ſub cenſuris Eccleſiaſticis, & mille ducatorum auri eidem Cameræ inferendorum, alijſque noſtri arbitrij pœnis, ne eoſdem extrahentes triticum vetus huiuſmodi deſuper vllo modo, vel obtentu impediant, remorentur, vel moleſtent, alioquin &c. quibuſuis edictis, & prohibitionibus, cæteriſque contrarijs &c. volumus autem quod in extractione qualibet extracta tritici veteris quantitas à tergo earundem præſentiũ manu officialis loci, vnde extractio fiet cum atteſtatione, quod de veteri tritico ſit, annotetur, ne qua deſuper fraus committi poſſit ſub eiſdem pœnis. Datum Romæ in Camera Apoſtolica die 2. Septembris 1559. Sede Apoſtolica vacante.

G. Aſc. Card. Cam.

Hier. de Tarano.

Reuocatio licentiarum extrahendi frumenta extra Statum Eccleſiaſticum etiam ex cauſa onerosa.

PIVS PAPA QVARTVS.
Ad futuram rei memoriam.

N.XII. CVm ſicut nobis innotuit plerique cum aliena iactura lucrari quærẽtes frumenta, & alia blada prętextu facultatum, & licentiarum eis, vt aſſerunt cõceſſarum ex diuerſis ditionis Eccleſiaſticæ locis extrahere, & alio exportari facere ſatagent in pauperum illarum partiũ, ac aliorum diuerſorũ præiudicium, præſertim hoc anno, in quo Annonæ nõ modica penuria habetur. Nos ad ſacrã Beati Petri ſedem meritis licet imparibus diuina diſpoſitione vocati ad ea, per quæ ſubditorum noſtrorum commodo, & neceſſitati conſuli poſſit ſollicitis ſtudijs intendentes, & penuriæ huiuſmodi occurrere volentes, motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia omnes, & ſingulas licentias, ac facultates extrahendi frumenta, & cuiuſuis alterius generis blada ex quibuſuis Prouincijs, Ciuitatibus, Terris, & locis nobis, & eidem ditioni mediatè, vel immediatè ſubiectis, quibuſuis Communitatibus, Vniuerſitatibus, & perſonis cuiuſcumq; dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, vel cõditionis exiſtentibus per quoſcumque, & quomodocumque, ac ſub quibuſcumq; tenoribus, & formis, ac etiam ex cauſa oneroſa conceſſas, quarum tenores, ac ſi de verbo ad verbum insererentur præſentibus haberi volumus pro expreſſis, auctoritate Apoſtolica per præſentes reuocamus, & annullamus, ac pro nullis & nõ conceſſis haberi volumus; necnon quæuis bannimenta, & proclamata ac alias prohibitiones in Prouincijs, Ciuitatibus, Terris, & locis prædictis de non extrahẽdo frumenta, & blada huiuſmodi facta innouamus, & innouari, ac ſub pœnis in illis contentis obſeruari volumus, atque decernimus, mandantes omnibus, & ſingulis Prouinciarum, Ciuitatum, Terrarum & locorum prædictorum Præſidentibus, & Gubernatoribus, ac alijs ad quos ſpectat quatenus præſentes in Prouincijs, Ciuitatibus, Terris, & locis prædictis publicent. & publicari faciant, neque ex illis frumenta, & blada huiuſmodi extrahi permittant in contrarium facientibus nõ obſtantibus quibuſcumque: volumus autem quod præſentium tranſumptis etiam impreſſis manu Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius Curiæ Eccleſiaſticæ, ſeu perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem fides adhibeatur, quæ adhiberetur eiſdem præſentibus ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die 30. Decembris 1560. ſuſceptiã nobis Apoſtolatus officij anno 1.

Franciſcus Arag.

Digitized by Google

§. 2. Nos igitur, quorum eſt præ cæteris per debitæ prouiſionis noſtræ miniſteriũ pręmiſſis obuiare, ac populorum, & ſubditorum pręfatorum cõmoditatibus opportunè conſulere, & ne licentiarum, & facultatum huiuſmodi cauſa alijs prodeſſe quidam velint, noſtri rerũ penuria huiuſmodi pergrauentur ſatagere volentes auctoritate Apoſtolica, & ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine præſentibus perpetuo valituris eas omnes, & ſingulas præterquam ex cauſa verè oneroſa, ſolutionis videlicet, & exburſationis pecuniarum extrahendi frumenta, & cuiuſuis alterius generis blada, & legumina ex quibuſuis Prouincijs, Ciuitatibus, terris, & locis, nobis, ditioniq. noſtræ Eccleſiaſticę mediatè, vel immediatè ſubiectis quibuſuis Communitatibus Vniuerſitatibus, et perſonis, tàm ſæcularibus, quàm quorumuis ordinum regularibus cuiuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis exiſtentibus, ac etiam Ducali, Marchionali, Comitali, aut alia ſæculari dignitate, & excellentia, necnon Cardinalatus honore fulgentibus per nos, & prædeceſſores noſtros præfatos, aut alios quoſcumque ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cũ quibuſuis clauſulis, & decretis, & irritantibus etiam de neceſſitate exprimendis, etiam motu, ſcientię, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, ac alias quomodolibet conceſſas, approbatas, & innouatas illarum ſingularum veros tenores, ac ſi de verbo ad verbum præſentibus insererentur pro ſufficienter expreſſis habentes reuocamus, caſſamus, & annullamus, ac viribus vacuamus, illasq. reuocatas, caſſatas, & annullatas, ac inualidas, & viribꝰ vacuas, neminiq. prodeſſe, aut ſuffragari poſſe, ſeu debere decernimus, & declaramus.

Ex Motu proprio Pij IIII. constitutione 48. in Bullario Anni 1565. fol. 115.

§. 6. Ac decernentes omnes, & ſingulos frumenta, ac legumina vt præfertur extrahentes, & alio aſportantes facultates, & licentias ex oneroſa, ſolutionis videlicet exburſationis pecuniarum cauſa ſibi conceſſas eſſe allegantes, prætendentes, antequam ipſi illis modo aliquo deinceps vllo vnquam tempore vti poſſint, illas coram Vitellotio Cardinale, & Camerario verificari debere, ac ad id teneri, & obligatos exiſtere, alioquin ipſis non iuſtificatis, & per eumdem Camerarium non approbatis eaſdem facultates, & licentias, aut illarum vigore, ſeu prætextu quaſcumque per eos frumentorum, bladorum, & leguminum huiuſmodi de cætero factas extractiones, & aſportationes nullas, & inualidas, ac de facto, & nulliter, ac præter mentem, & intentionem noſtras factas fuiſſe, & eſſe ac perſonas taliter extrahentes, & aſportantes pœnas præfatas incidiſſe, & incurriſſe, & ad illarum totalem ſatisfactionem penitus teneri &c. Datum Romæ apud S. Marcum idibus Auguſti anno ſexto.

Hanc Conſtitutionem Pius V. confirmat, vt in motu proprio, de quo ſub n. 10. in Bullario impreſſo anno 1579.

N. XIV.

Vitellotius &c. Camerarius.

ILluſtriſſimæ D. Hieronymæ Caſtri Duciſſæ ſalutem in Domino. Nomine tuo nuper nobis porrectis precibus moti volenres tibi ſpecialem gratiam facere de mandato, de quo etiam conſtat Chirographo S. Sanctitatis Reuerendo D Donato Mattheio Minali Theſaurario Apoſtolico generali directo penès nos dimiſſo, & auctoritate &c. tibi, vt per quoſcũq. negotiatores, & miniſtros tuos, ac pro te agentes quingenta rubra tritici ex Oppido Montisalti exportare, & extra Statum Eccleſiaſticum quocumque volueris pręterquam ad infidelium partes conuehere liberè, licitè, & impunè, ac abſque vlla prorſus tractæ ſolutione poſſis, & valeas harum ſerie gratioſe concedimus, & indul-

dul-

dulgemus, ſtrictè inhibendo, mandantes propterea Prouinciæ Patrimonij Vicelegato, Locumtenenti, Theſaurarijs, Tractarum Commiſſarijs, & alijs ſuper huiuſmodi deputatis, cæteriſq. ad quos ſpectat, & quibus præſentes oſtenſæ fuerint ſub quingentorum ducatorum auri Cameræ Apoſtolicæ inferen. alijsq. noſtri arbitrij pœnis ne te, aut tuos præfatos in præmiſſis vllo modo, vel obtentu impediant, remorentur, vel moleſtent, alioquin &c. irritum nihilominus decernentes, quicquid ſecus fiet quibuſuis prohibitionibus deſuper editis, cæteriſq. contrarijs nō obſtantibus quibuſcumque; volumus autem quod in extractione qualibet extracta dicti tritici quantitas à tergo earumdem præſentium adnotetur, ne qua deſuper fraus cōmitti poſſit ſub eiſdem pœnis in quorum &c. Datum Romę in Camera Apoſtolica die 29. menſis Nouembris 1565. Pont. anno 6.

Hie. de Tarano.

Dilecto filio nobili viro Octauio Farneſio Duci Caſtri &c.

PIVS PAPA QVINTVS.

N. XV. Dilecte fili nobilis vir ſalutem, &c. Eximia fides & ſinceræ deuotionis affectus quo nos, & Romanam reuereris Eccleſiam omnino promeretur vt eos fauores, & gratias, quibus te à Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris donatum fuiſſe percepimus tibi ſolidos, integroſq. præſeruemus. Exponi ſi quidem nobis nuper feciſti quod alias poſtquam felicis recordationis Paulus Papa Tertius prædeceſſor noſter tibi quæcumque frumenta, blada, aliaq. grana, & legumina in tuo Ducatu Caſtri, & Roncilionis, eiusq. diſtrictu prouenientia ab inde ſine aliqua licentia liberè extrahendi, & quo velles etiam extra temporale dominium, eiuſdem Eccleſię ad tuæ voluntatis libitum aſportari, & conduci faciendi licentiam conceſſerat, piæ mem. Pius Papa Quartus etiam prædeceſſor noſter, ad cuius notitiam deuenerat, quod ex frequenti ſimilium granorum exportatione Populi, & incolæ locorum huiuſmodi nimia annonæ caritate, rerumq. penuria opprimebantur per ſuas ſub datum videlicet Idibus Auguſti Pontificatus ſui anno ſexto confectas litteras motu proprio omnes, & ſingulas, prterquam ex cauſa verè oneroſa (ſolutionis videlicet, & exburſationis pecuniarum) extrahendi frumenta, & cuiuſuis alterius generis blada, & legumina ex quibuſuis Prouincijs, Ciuitatibus terris, & locis Eccleſiæ prædictę mediatè, vel immediatè ſubiectis quibuſuis perſonis etiam Ducali, Marchionali, aut alia ſæculari dignitate, & excellentia, necnon Cardinalatus honore fulgentibus per eum, & alios Romanos Pōtifices prædeceſſores ſuos, aut alios quoſcumque etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, aut alias quomodolibet conceſſas, approbatas & innouatas perpetuo reuocauit, caſſauit, & annullauit, necnon conſtitutiones, prohibitiones, bannimēta, & proclamata de non extrahendo frumenta, blada, & legumina huiuſmodi in Prouinciis, Ciuitatibus, Terris, & locis prædictis tàm ab eo, quàm prædeceſſoribus ſuis emanata innouauit, ac ſub pœnis in illis contentis obſeruari voluit diſtrictius inhibens quibuſuis perſonis etiam vt præfertur qualificatis etiam in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub ſuę indignationis, necnon confiſcationis omnium bonorum, & amiſſionis feudorum pœnis, ne licentiarum, ſeu facultatum alias tamen quam ex cauſa, vt præfertur oneroſa, aut alio quouis prætextu directè, vel indirectè frumenta, blada, vel legumina ex Prouincijs, Ciuitatibus, Terris, & locis huiuſmodi quocumque modo extrahere, &

alio

Digitized by Google

alio aſportare auderent, & inſuper volens vt deinceps perpetuis futuris temporibus nulli quarumcumque licentiarum etiam ex cauſa oneroſa conceſſarum, & concedendarum vigore frumenta, grana, & legumina huiuſmodi in toto Statu Eccleſiæ abſque patẽtibus litteris pro tempore exiſtentis Camerarij Sanctæ Romanę Eccleſiæ ſub ſimilibus pœnis extrahere poſſent, prout in prædictis, & ſibi deſuper conceſſis Pauli prædeceſſoris huiuſmodi litteris plenius continetur. Cũ autem ſicut eadem expoſitio ſubiũgebat tu tantã grani quantitatem ex dicto Ducatu extrahere non ſoleas, quod propterea populus, & habitatores illius Annonæ penuria laborare poſſint tibi ne dictarum tibi cõceſſarũ litterarum fruſtreris effectu prouidere, teq. gratioſo fauore proſequi volentes tuis in hac parte ſupplicationibus inclinati, te, ac facultatem tibi conceſsã, & deſuper confectas litteras prædictas aduerſus Pij prædeceſſoris reuocationem, & alia in ea contenta, præmiſſa in priſtinũ, & in eum, in quo prius eras ſtatũ, ac poſſeſſionem, ſeu quaſi extrahendi frumenta, & alia prædicta Apoſtolica auctoritate ex certa ſcientia reſtituimus, reponimus, & plenariè reintegramus, ac eãdẽ facultatem, & litteras omnino reualidamus, dictamq facultatem tibi quoad vixeris de nouo concedimus, & elargimur dilecto filio noſtro Vitellotio S. Mariæ in via lata Diacono Cardinali Vitellio nuncupato moderno, & pro tempore exiſtenti dictæ Eccleſię Camerario in virtute ſanctę obedientiæ, & ſub indignationis noſtræ, ac pro tempore exiſtentibus Theſaurarijs, & Commiſſarijs, & alijs ipſius Cameræ deputatis quibuſcumque ſub excommunicationis, necnon etiam decem millium ducatorum auri de Camera dictæ Cameræ ſine aliqua contradictione applicandorum eo ipſo incurrenda pœna diſtrictius inhibentes, ne te, vel pro te agentes ſuper libera frumentorum, aliorumq. bladorum, & leguminum prædictorum extractione, & aſportatione etiam abſque vlla prorſus licentia dicti Camerarij facienda directè, vel indirectè, dummodo tunc Vrbs noſtra, & dicti Populi frumento, & alijs prædictis non indigeant impedire, moleſtare, & perturbare præſumãt, ac decernentes præſentes litteras quouis quæſito colore, vel ingenio de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ defectu notari, vel impugnari nullatenus poſſe, ſed illas validas, & efficaces fore, ſuoſque plenarios effectus ſortiri, & inuiolabiliter obſeruari, ac tibi *quoad vixeris* ſuffragari, & ſic per eumdem Camerarium, & alios quoſlibet Iudices, & Commiſſarios iudicari, & interpretari debere ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his à quoquã quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari non obſtantibus reuocatione, & cedula Pij prædeceſſoris huiuſmodi, ac alijs præmiſſis, necnon alijs cõſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac quibuſuis reformationibus, bannis, proclamationibus, ac etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, necnon omnibus illis, quæ dictus prædeceſſor in ſuis litteris non obſtare voluit, cæteriſq. contrarijs quibuſcumque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die 8. Iunij 1566. anno primo.

Inhibitio cauſa cognita à Camera emanata contra Excellentiſſ. D. Ducem Caſtren. ſuper tractis Montiſalti & alios.

ALoyſius Miſeratione diuina Tituli S. Marci Presbyter Cardinalis Cornelius nuncupatus S.R.E. Camerarius Illuſtriſſ. & Excellentiſſ. D. Octauio Farneſio Duci Caſtrenſi, necnon Magnifico N. XVI.

D.Gi-

D. Giraldo de Giraldis eius in dicto Ducatu Viceduci, & Oeconomo generali, ac etiam Magnifico D. Auditori Deſiderio Pinza, ſeu cuicumque alteri tractarum, & frumentorum in terra Montiſalti pro ſua Excellentiſſ. Dominatione Commiſſario, cæteriſq. ſuæ Excellentiæ Agentibus, Factoribus, Oeconomis, Officialibus, & miniſtris quomodolibet nũcupatis, ad quos infraſcripta quomodolibet concernunt, necnon Magnif. DD. Philippo Antiori, & hæredibus Andreæ Arrigucci, ac Thomæ Brunacci, & Siluestro Grimaldi de Harciano de Elba, omnibuſq. alijs quæcumque frumenta ex portu Montiſalti quomodolibet extrahere volentibus, & alijs quibus præſentes noſtræ litteræ præſentabuntur, & eorum quilibet inſolidum ſalutem in Domino, & mandatorum noſtrorum obedientiam. Fuit nuper in Camera Apoſtolica coram nobis pro parte Magnifici DD. Rudolfi Bonfioli Cameræ Apoſtolicæ generalis Cõmiſſarij pro ſui officij debito comparitum, & expoſitum non ſine querela, quod licet fel. rec. Pius Papa Quartus rationabilibus cauſis motus omnes, & quaſcumque frumentorum, & aliorum bladorum tractas, ſeu facultates frumenta, & blada extra Terras, & loca S.R.E. mediatè, vel immediatè ſubiecta extrahendi quibuſuis perſonis etiam S. R. E. Cardinalibus, necnon Ducibus, Comitibus, Baronibus, Domicellis & alijs perſonis quomodolibet, præterquam ex cauſa verè oneroſa, videlicet exburſationis pecuniarum conceſſas per ſuas deſuper expeditas litteras reuocauerit, & ſucceſſiuè fel. rec. Pius Papa V. ſuper extractione huiuſmodi etiá prouiderit, & propterea tractæ, & extractiones huiuſmodi ad eoſdem S.D. N. & Cameram prædictos præcipuè in terra & portu Montiſalti, tàm ex præmiſſis, quàm alijs rationabilibus cauſis in ipſa Cam. deductis, & ſucceſsiue deducendis ſpectauerint, & pertinuerint, ſpectentq.. & pertineant, nulluſq. propterea in illis ſe intromittere potuerit, neque debuerit, nihilominus ad noſtram, & eiuſdem Cameræ notitiam deuenit Illuſtriſſ. & Excellentiſſ. D. Ducem antedictum, eiuſq. Oeconomos, Agẽtes, et miniſtros frumenta, et blada, tàm propria, quàm aliena ex Terra, et portu prædictis extrahere, et alijs extrahendi facultatem, et licentiam concedere eis licuiſſe, atque licere, ac potuiſſe, et poſſe, licet falſo prætendere, et quod peius eſt ipſos in præteritum extraxiſſe, et extrahendi facultatẽ conceſſiſſe, et ſic in futurum facere velle ſe iactaſſe, et iactare in maximum S.D.N. Papæ, & Cameræ Apoſtolicæ præiudiciũ, et iacturam. Quare idem Magnificus D. Commiſſarius, cuius eſt ſuper præmiſſis inuigilare, nuper propoſitionem hanc in eadem Camera fieri curauit, videlicet. Commiſſario Cameræ contra Excellentiſſ. D. Ducem Caſtrenſem declarari eidẽ non licuiſſe, neque licere extrahere granum, et blada ex Ducatu Caſtri, ſeu territorio Mõtiſalti, et dictas tractas ſpectaſſe et ſpectare ad Cameram Apoſtolicam ex cauſis alias adducendis, et interim inhiberi iuxta formã Bullæ Pij Quarti, quæ quidem plena Camera hoc fecit decretũ, videlicet: ad D. Spinolam. Quare ad vlteriorem dicti Magnifici DD. Commiſſarij inſtantiam dicto Reuerendiſſ. D Andreæ Spinolæ Cameræ Apoſtolicæ Clerico Præſidente, et Iudice vt ſupra deputato de præmiſſis ſufficienter informato, ac honorabili D. Claudio Tibalduccio dicti Excellentiſſ. D. Ducis Procuratore citato, et contradicente, cauſaq. huiuſmodi in plena Camera relata, idem D. Commiſſarius ſibi inhibitionem iuxta formã dictæ Bullæ fel. rec. Pij Papæ Quarti interim decerni, et relaxari inſtanter poſtulauit ex tũc eadem Reuerendiſſ. Camera præmiſſis ſtantibus eiuſdem Bullę vigore inhibendum duxit, et inhibuit, idcirco

de mandato S.D.N. Papæ viuæ vocis oraculo nobis facto, et auctoritate noſtri Camerariatus officij, ac ex antedicto decreto in eadem Camera matura deliberatione præhabita facto, vobis Illuſtriſſ. & Excellentiſſ. Octauio Duci, ac Magnificis DD. Viceduci, & œconomo, cæteriſque alijs ſupradictis in executione præſentiũ nominandis harum ſerie inhibemus, & inhibendo præcipimus, & mandamus, ne viſis præſentibus ſub decem millium ducatorum auri de Camera eidem Cameræ applicandorum, ac pro illis mandati executiui, ac indignationis S.D.N. alijſq. in dicta Bulla Pij Quarti contentis pœnis, ac in iuris ſubſidium excommunicationis, & alijs ſententijs, cenſuris Eccleſiaſticis, & pœnis audeant, ſeu præſumant aliqua frumenta, ſeu blada propria S.R.Eccl. ſeu aliena extra Terram, & portum prædictos ad quæcumque loca etiam Status Eccleſiaſtici extrahere, ſeu conuehere, aut extrahendi, ſeu conuehendi facultatem aliquam alicui quacumque auctoritate fun. gen. quomodolibet, & quouis prætextu concedere, aut alias in præmiſſis, ſeu illorum occaſione quicquam in præiudiciũ Cameræ prædictæ reſpectiuè attentare, ſeu innouare per ſe, vel alium, ſeu alios publicè, vel occultè, directè, vel indirectè quouis quæſito colore, vel ingenio, alioquin contra inobedientes ad dictarũ pœnarum, & cenſurarum declarationem, & executionem procedetur cõtrarijs quibuſcumque, in quorum &c. Datum Romæ in Camera Apoſtolica die vndecima Octobris 1580. Pontificatus Sanctiſſ. in Chriſto Patris, & D.D.N. Gregorij diuina prouidentia Papæ xiij. anno nono. Viſa A. Spinola Cameræ Apoſtolicæ Clericus Præſidens, & Commiſſarius. Rudolphus Bonfiolus Cõmiſſar. Thideus de Marchis.

In nomine Domini Amen. Per hoc præſens publicum Inſtrumentum cunctis pateat euidenter, & ſit notum, quod anno à Natiuitate eiuſdem Domini 1580. indictione octaua die verò 17. menſis Octobris Pontificatus Sanctiſſ. in Chriſto Patris, & D.N.D. Gregorij diuina prouidentia Papæ 13. anno 9. Ego Notarius infraſcriptus tanquam obedientiæ filius pro parte retroſcripti Magnifici D. Rudolphi Bonfioli Reuerendæ Cam. Apoſtolicæ generalis Commiſſarij retroſcriptas litteras vna cum earum inhibitione in eis contentis, quas in meis manibus tenebã retroſcripto Magnifico D. Deſiderio Pinza, ac prædicto Silueſtro Grimaldo perſonaliter notificaui, & intimaui, & contra dictum Vincentium della Magona grani mercatorem in Ciuitate Montiſalti habitantem, & diuerſarum perſonarum, & Communitatum agentem domi eius ſolitæ habitationis in perſonam Dominici eius famuli etiã notificaui & præſentaui, ac contra Magnificum D. Giraldum de Giraldis, & ſupradictum D. Vincentium ac omnes alios ſua intereſſe putantes ad valuas Eccleſiæ, & portæ Caſtri Montiſalti cum copiæ affixione retroſcriptarum litterarum intimaui, & notificaui ſub pœnis, & cenſuris inibi contentis parerent, & obedirent, monui, requiſiui, ac inhibui prout in eiſdem litteris continetur præſentibus in Terra Montiſalti DD Antonio Colæ Todeſchi, & Gonſaluo filio Petri de Camerino habitatoribus Terræ Ciuitellæ Teſt. ad præmiſſa vocatis, atque rogatis, & ego Nonnus Romanus publicus Apoſtolica, & Imperiali auctoritate Notarius, necnon cauſarum Curiæ gubernij terræ Ciuita vetulæ actuarius, & Cancellarius ſupradictas litteras, & inhibitiones ſupradictis intimaui, prout ſupra, & in fidem me ſubſcripſi, ac ſignum meũ appoſui rogatus, & requiſitus.

Ridolfo Bonfiolo noſtro Theſoriere generale concederete vna tratta di Rubbia 500. di grano all'Agenti del Re N. XVII.

Cat-

Cattolico da cauarſi da Montalto per cõdurlo per mare nelli ſuoi preſidij di Toſcana, per la qual tratta li detti Agẽti doueranno pagare ſcudi 365. di moneta in mano di Bernardo Olgiato noſtro Depoſitario generale, e ſopra ciò gli farete le ſolite ſpeditioni, del noſtro Palazzo Apoſtolico il dì 7. di Gennaro 1582.

Gregorius Papa XIII.

MOnſig, Lomellino Commiſſario della noſtra Camera hauendoci ricercato il Vicerè di Napoli, e l'Ambaſciatore del Rè Cattolico, che per prouedere all'vrgente neceſsità de Præſidij di Porto Ercole, e d'Orbetello voleſſimo concedere la tratta d'alquante moggia di grano dello Stato Eccleſiaſtico, ſe bene il biſogno di queſta Città, e dello Stato è grande, e non poſsiamo ſenza noſtra molta incommodità dar tratte, tenendo però noi conto delle coſe del Rè Cattolico, come delle noſtre proprie, ci contentiamo di preſtare al detto Vicerè, & all'Ambaſciatore per prouiſione di detti Preſidij la tratta di duicento moggia di grano da cauarſi da Mont'alto, e dallo Stato di Caſtro, la qual tratta il detto Ambaſciator ci farà reſtituir franca, e libera, come noi gli la preſtiamo d'altretãto grano di Sicilia da cauarſi in queſt'anno per condurre in queſto Stato, ſecondo che da noi, ò dal noſtro Prefetto dell'Annona ſarà ordinato, però per la preſente v'ordiniamo, e commandiamo, che facciate ſpedire la detta tratta di moggia ducento da cauarſi come ſopra, da chi ſarà per ciò deputato dal Vicerè di Napoli, ò dall'Amſciator Cattolico per li detti Preſidij, e così eſſeguirete, che tale è la mente noſtra, non oſtante qualſiuoglia coſa in cõtrario, alle quali tutte per queſta volta ſola deroghiamo, dal noſtro Palazzo Apoſtolico à 26. di Decembre 1586.

Sixtus Papa Quintus.

REuerendiſsimo Cardinal Guaſtauillano noſtro Camerlengo: Se bene il biſogno di queſta Città, e dello Stato Eccleſiaſtico è così grande, che ci conuiene più toſto per la neceſſaria prouiſione de noſtri popoli far venir di fuori de' grani, ſi come facciamo, che dar tratte de noſtri, nientedimeno hauendoci il Duca di Pernone Gouernatore di Prouẽza, e per lui l'Ambaſciatore del Rè Chriſtianiſsimo narrato, che nella Città di Marſiglia, e ne luoghi conuicini ſi trouano in molto biſogno de grani per la guerra, e per la peſte, ch'è in quella Prouincia, eſſendoci le coſe à cuore del Rè Chriſtianiſsimo, come le noſtre proprie, e cõſiderando di compiacer quanto poſſiamo il detto Duca, che così valentemẽte ſi porta in ſeruitio del ſuo Rè contro l'Eretici e nemici della Religione Cattolica, habbiamo riſoluto non oſtante qualſiuoglia noſtro incommodo, e de' noſtri ſudditi di laſciarli eſtraere per prouiſi one di detta Città di Marſilia, & altri luoghi conuicini Cattolici, & obedienti al Rè Chriſtianiſsimo alcuna quantità di grano; però v'ordiniamo, che dobbiate far ſpedir la tratta di moggia ducento di grano da eſtrarſi da Mont'ulto, e dallo Stato di Caſtro dall'Ambaſciator del Rè Chriſtianiſsimo, ò da chi per lui ſarà deputato per portarlo in detti luoghi, la qual tratta quanto all'intereſſe della noſtra Camera gli concederete gratis, e tanto eſſeguirete che tale è noſtra mente, non oſtante qualſiuoglia coſa in contrario, alle quali tutte per queſta volta ſola deroghiamo. Dal noſtro Palazzo Apoſtolico il dì 14. di Gennaro 1587.

Sixtus Papa V.

RIdolfo Bonfiolo noſtro Theſoriere generale concederete vna tratta di rubbia tre mila di grano all'Eccellentiſſimo Sig. Duca di Parma da cauarſi da Mõ-

talto per condurlo doue più gli parerà, eccetto in parte d'infedeli & inimici di Santa Chieſa; e tanto eſſeguirete, che tale è mente noſtra per gratia. Del noſtro Palazzo Apoſtolico il dì 18. di Decembre 1583.

Gregorius Papa XIII.

RIdolfo Bonfiolo noſtro Theſoriere generale, concederete la tratta di rubbia doi mila, e cinquecento di grano all'Eccellentiſſimo Sig. Duca di Parma, gratis, e ſenza pagamento alcuno da cauarſi da Montalto per condurlo doue più li piacerà, eccetto in parte d'infedeli, e nemici di Santa Chieſa, e ſopra ciò gle ne farete le ſolite eſpeditioni. Da Monte Cauallo li 29. di Nouembre 1584.

Gregorius Papa XIII.

MOnſignor Pepoli noſtro Theſoriere generale, concederete al Duca di Parma, ò vero ſuoi agenti, e mandatarij licenza di poter eſtraere, e condurre per mare rubbia due mila di grano da leuarſi dal Stato di Caſtro, & condurſe a Venetia, Genoua, & ogn'altro luogo, eccetto però à parte d'infedeli, con obligo però di portar fede dal luogo doue detto grano ſi douerà ſmaltire ordinando ſopra ciò tutte quelle ſpeditioni, che in queſte tratte ſono neceſſarie, e così eſſeguirete, che tale è la mente noſtra queſto dì 11. di Maggio 1587.

Sixtus Papa V.

SI concede licenza all'Illuſtre, e Reuerendiſſimo Monſignor Ferdinando Farneſe Veſcouo di Parma, & all'Ill. Sig. Mario ſuo fratello, che poſſino cauare da Latere tutta quella quãtità di ſolfo, che vorranno, e venderlo à chi parerà à loro Signorie per condurlo per mare, doue più gli piaccerà, eccetto che à parte d'infedeli, e de' nemici di S. Chieſa, con queſto, ch'ogni volta, che cauaranno detto ſolfo, debbano fare ch'il Notaro di detta Terra ſe ne roghi della quantità, e del prezzo che lo venderanno, acciò ne poſsino pagare la tratta alla Reuerenda Camera a ragione di dieci per cento di quello, che ne cauaranno, e di queſto pagamento s'è obligato à nomi di detti il Signor Gio. Battiſta Noue Milaneſe di volta in volta, che ſi è eſtratto detto ſolfo, come appare negl'atti di M. Andrea Martino Notaro della Reuerenda Camera ſotto il dì 6. del preſente, e perciò ſe gli concede detta licenza di ordine di Noſtro Signore. Di Roma il dì 8. Marzo 1582.

A tergo.

Dilecto filio nobili viro Alexandro Farneſio Parmæ, & Placentiæ, ac Caſtri Duci. N. XVIII

Intus verò.

SIXTVS PAPA QVINTVS.

DIlecte fili nobilis vir ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Exponi nobis nuper feciſti, quod cum in erectione Ducatus Caſtri, cuius tu Dux exiſtis illius Ducibus pro tempore exiſtẽtibus conceſſum ſit vt quęcumque genera frumentorum granorum, & leguminũ ad Ducatum huiuſmodi ſpectantium extrahere, ſeu extrahi facere poſſint, idq. diuerſorum Romanorum Pontificũ prædeceſſorum noſtrorũ temporibus obſeruatum fuerit, quia tamen vigore nonnullarum prohibitionum forſan emanatarũ, aut emanandarum quauis occaſione, vel cauſa moleſtari poſſe dubitas, nobis humiliter ſupplicari feciſti, quatenus te ad facultatem huiuſmodi, quatenus opus eſſet, reſtituere, & reintegrare, aliaſq; deſuper opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur erectionis, ſeu inueſtituræ dicti Ducatus, ac deſuper confectarum litterarum, necnon

reuo-

Digitized by Google

reuocationum quarumcumq; etiam motu proprio, aut alias quomodolibet factarum tenores pręſentibus pro expreſſis haberi volentes, teq. ſpecialibus fauoribus, & gratijs proſequi volentes, & à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtis ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſoluētes, & abſolutum fore cenſentes huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, tibi vt *quoad vixeris* plenè liberè, & licitè, ac ſine vllo prorſus impedimento Camerali vigore quarumcumque prohibitionum quomodocumque emanatarum ex quauis cauſa, & occaſione quouis modo illato, ſeu inferendo poſſis ad libitum tuum frui, & gaudere facultate tempore abundantiæ, vel quo vrbs ipſa, aut Camera Apoſtolica nō egebit extrahendi, ſeu extrahi faciendi quæcumque genera frumentorum, granorum, & leguminum ad Ducatum Caſtrenſem ſpectantium, & Ducibus dicti Ducatus in illius erectione cōceſſa, & diuerſorum Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum temporibus, vt præfertur, obſeruata, exceptis tamen frumentis, granis, & leguminibus, quæ in tenutis Cameræ Apoſtolicæ, ſeu Dohanæ in dicto Ducatu exiſtentibus pro tempore colligentur, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium concedimus, ac moderno, & pro tempore exiſtenti Camerario, Præſidentibus, & Clericis dictæ Camerę, ac Annonæ Præfecto, cęteriſq. quibus huiuſmodi negocium incumbit, ne te, tuoſque vita tua durante quoquomodo, quauis occaſione, & cauſa etiam vrgentiſſima, ac de neceſſitate exprimēda, ſeu prętextu ſuper extractione frumentorum, granorum & leguminum, aliorumq. ſimiliū moleſtare, perturbare, aut inquietare audeant, vel præſumant diſtrictius in virtute ſanctæ obedientiæ inhibemus, præcipimus, & mandamus, præſenteſq. nullo vnquam tempore reuocari, ſuſpendi, limitari, aut in ius, vel controuerſiam reduci, ſeu ſub quibuſuis ſimilium, vel diſſimilium gratiarū reuocationibus, ſuſpenſionibus, alijsve contrarijs diſpoſitionibus etiam per viam legis generalis comprehendi, ſed ſemper illas validas, efficaces, & exceptas, ac quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum ſtatum reſtitutas repoſitas, & plenariè reintegratas exiſtere, teque, & tuos prædictos ad verificandum præmiſſa non teneri, ſed narrata in præſentibus pro plena, & ſufficienti probatione haberi in iudicio, & extra, ſicq. per quoſcumque Iudices, & Commiſſarios quauis auctoritate fungentes etiam Palatij Apoſtolici cauſarum Auditores, ac S.R.E. Cardinales, necnon Cameræ Apoſtolicæ Clericos Præſidētes ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, diffiniendi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, diffiniri. & interpretari debere, & quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter attentari contigerit irritum, & inane dicta auctoritate decernimus. Quocirca venerabilibus fratribus Mōtisflaſconen. & Viterbien. Epiſcopis, ſiue eorum in ſpiritualibus Vicarijs generalibus, & dilecto filio Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori per præſentes committimus, & mandamus quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum per ſe, vel aliū, aut alios tibi in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra præmiſſa omnia ab omnibus, quos illa concernunt integrè, & inuiolabiliter obſeruari, teq. illis pacificè, & quiete vti, frui, potiri & gaudere, non permittentes te deſuper cōtra earumdem præſentium tenorem quomodolibet indebitè

Digitized by Google

debitè moleſtari. Contradictores quoslibet, & rebelles per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaq. opportuna iuris remedia appellatione poſtpoſita cōpeſcendo, inuocato etiam ad hoc ſi opus fuerit brachij ſæcularis auxilio, non obſtantibus fel. recordationis Pij Quarti, & Pij Quinti, ac Gregorij Decimitertij, aliorumq. Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum litteris, ſeu motibus proprijs extractionem frumentorum, & aliorum leguminum prohibentibus, ac quaſcumque gratias de ſimilibus extrahendis reuocationibus, aduerſus quas te, & facultatem prædictam, quatenus opus ſit, & pro maiori cautela reſtituimus, reponimus, & plenariè reintegramus, ſeu illam reualidamus, & de nouo concedimus, necnon ſententijs, & decretis etiā Cameralibus, ac in plena Camera factis, & deſuper forſan latis, etiam ſi in iudicatum tranſiuiſſe prætendi poſſet, & inhibitionibus ſubſecutis, ac de regiſtrandis gratijs ipſius Cameræ intereſſe concernentibus in eadem Camera, necnon noſtra de non tollendo iure quæſito, alijſq. conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac dictæ Cameræ ſtatutis, & conſuetudinibus etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoque indultis, & litteris Apoſtolicis in contrarium quomodolibet conceſſis confirmatis, & innouatis, quibus omnibus, & ſingulis etiam ſi de illis ſpecialis ſpecifica, & expreſſa, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quęuis alia expreſſio ad hoc habenda foret, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus cæteriſq. contrariis quibuſcumque. Per præſentes autē declaramus, quod nullū factum, ſeu illatum intelligatur præiudicium tuis in d. Ducatu Caſtri ſucceſſoribus in eorum iuribus, quę in pręmiſſis vigore dictę erectionis prætendere poſſent, quodq. tempore penuriæ vrbis nullam habeas extrahendi poteſtatem. Datū Romæ apud S. Marcum ſub annulo Piſcatoris die 1. Iulij 1587. Pontificatus noſtri anno 3.

Tho. Thomaſ. Gualterutius.

Die Veneris 7. Auguſti 1587. Sereniſſimo D. Alexandro Farneſio Parmæ &c. ac Caſtri Duce Admitti Breue Sanctiſſ. facultatis extrahendi frumenta, & alia grana, & legumina ex dicto Ducatu Caſtri, mandari, regiſtrari. Ad D. Decanum.

Die 17. menſis Auguſti 1587. præinſertæ litteræ Apoſtolicæ ex decreto hodie in Camera Apoſtolica facto, citato deſuper Reu Patre D. Lofredo Lomellino ipſius Cameræ generali Commiſſario admiſſæ, & regiſtratæ fuerunt, & collationatæ concordant.

A. Martius.

Simile Breue conceſſit Clemens Octauus Rainucio Farneſio quod breuitatis cauſa omittitur.

Monſig. Ceſi noſtro Teſoriere generale. Concederete al Reuerēdiſſ. Card. Pinelli vna tratta di rubia 40. di orzo da cauarſi dalli luoghi dello ſtato di Caſtro, quale noi gli concediamo gratis, e ſenza alcuno pagamento, e quelle farle condurre per terra, o per mare à Genoua in ſeruitio ſuo; Però gli ne farete la ſolita, e neceſſaria ſpeditione, è tāto eſeguirete che tale è mente noſtra. Dal noſtro Palazzo, queſto di 10. di Maggio 1594. N. XIX.

Clemens Papa VIII.

Monſig. Ceſi noſtro Teſoriere generale. Concederete vna tratta di rubia ducento, e diece di grano condotto da Pitigliano à Montalto à fauore de Filippo Petracciolo da Pitigliano di poterle cauare dalla detta terra, e condurli etiam per mare ouunque li parerà,

eccetto

eccetto à parte de infideli, e nemici di Santa Chieſa pagando prima in mano del noſtro Depoſitario generale giulij quattro per ciaſcuno rubio, e tanto eſeguirete, che tale è mente noſtra. Dal noſtro Palazzo Apoſtolico, queſto dì 24. di Febraro 1596.

Clemens Papa VIII.

Die 24. Ianuarij 1596 Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. D. Ferdinandus Farneſius Epiſcopus Parmeñ ſponte &c. omnibus &c. promiſit ſoluere Reu. Cameræ Apoſt. & pro ea Illuſt. D. Depoſitario generali totũ illud, quod importabit qualibet vice extractio grani, quod ipſe Illuſtriſſ. D. Epiſcopus extrahi fecerit ex Terra Montiſalti vſque ad ſummam rubrorum 800. grani ſibi per Sãctiſſ. D. N. extra Statum Eccleſiaſticũ extrahi conceſſis, & hoc intelligatur pro iulijs quatuor pro quolibet rubro, ſic vt præfertur extrahendo, pro quibus &c. ſe &c. hæredes &c. in forma Cameræ obligauit &c. & tacto tẽpore iurauit &c. ſuper quibus &c. Actum in Palatio ſolitæ reſidentiæ Illuſtriſſ. D. Corradini Vrſini ſiti in Regione Parionis præſentibus ibidem Magn. & excell. D. Stabile de Stabilibus, & R. D. Mariano Robono de Canapina Teſtibus &c.

N.XX. CLEMENS PAPA OCTAVVS.

AD futuram rei memoriam. Decet Romanum Pontificem ea, quæ à Romanis Põtificibus prędeceſſoribus ſuis conceſſa fuerunt, vt perpetuò rata, & firma maneant, & vt ab omnibus obſeruẽtur omni ſtudio, atque diligentia curare, & alias prouidere, prout in Domino conſpicit ſalubriter expedire. Sanè cum ſicut accepimus fel. record. Eugenius Papa IV. prædeceſſor noſter alias bonæ memoriæ Rainucio quondam Petri de Farneſio, vt frumentum, & cæteras alias res. & bona in territorio, & diſtrictu Caſtri Montiſalti recollecta extrahi, & ad quæcumque loca, non tamen inimica S.R.E. tàm per mare, quàm per terram conduci, & deferri facere poſſet, plenè, & liberè conceſſerit, & deinde fel. recordat. Paulus Papa Tertius etiã prædeceſſor noſter ſimilis memoriæ Petro Aloyſio etiam de Farneſio, ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus frumenta, & alia bona non ſolum ex dicto Caſtro Montiſalti, ſed etiam ex alijs ſuis Oppidis, Terris, & locis, eorumq. diſtrictibus, & territorijs liberè, & abſque alicuius vectigalis, & pedagij ſolutione extrahendi, & ad loca quæcumq; tàm per mare, quam per terram cõduci faciendi plenam conceſſit facultatem, & ſucceſſiuè idem Paulus prędeceſſor in erectione Ducatus Caſtri facultates huiuſmodi confirmauerit, atque conceſſerit, prout in prædictorum prædeceſſorum noſtrorum litteris deſuper confectis latius continetur, idq. diuerſorum Romanorum Pontificũ prædeceſſorum noſtrorũ temporibus abſque vllo impedimento obſeruatum fuerit, cumq. ſicut etiam accepimus, ſucceſſores dictorum Raitucij, & Petri Aloyſij Duces Caſtri licet tempore fel. rec. Pij IV. & Pij V. & forſan aliorum prędeceſſorum noſtrorum quædam inhibitiones Camerales, ſeu alia impedimenta ad illos ſuper huiuſmodi extractione impediendos, ſeu alias moleſtãdos emanauerint, nihilominus illis non obſtantibus ſemper huiuſmodi quaſi poſſeſſionem extrahendi retinuerunt. Nos volentes ius ſuum vnicuique prout tenemur tribuere, ac impedimentis, & moleſtationibus huiuſmodi occurrere, motu proprio negocium extractionis huiuſmodi dilectis filiis noſtris Paulo Emilio S. Marcelli Presbytero, qui in minoribus conſtitutus Cameræ noſtræ Commiſſarius extitit, & Bartholomæo Cæſio S. Mariæ in Porticu, qui pariter cõſtitutus in minoribus Theſaurarius noſter generalis fuit Diacono S.R.E. Cardina-

nalibus, ac Tiberio Ceraſio moderno Theſaurario generali cum interuentu etiam dilectorum filiorum Pauli Coperchij Fiſci, & Cameræ noſtræ Aduocati, & Laudiuij Zacchiæ eiuſdem Cameræ generalis Commiſſarij extraiudicialiter examinandum, nobiſq. referendum viuæ vocis oraculo commiſimus, qui quidem Cardinales, & Theſaurarius interuenietibus Paulo, & Laudiuio ſupraſcriptis re ad plenum diſcuſſa, & examinata vnanimiter, ac vniformiter cenſuerunt, & concluſerunt ex ſupraſcriptis litteris Apoſtolicis prædictā extractionē liberè, licitè, & plenariè, & ſine aliqua exceptione dictis Ducibus, eorūq. in dicto Ducatu ſucceſſoribus pro tēpore exiſtentibus competijſſe, & competere, ac propterea nullum de iure impedimentum eis à Camera noſtra Apoſtolica, ſeu quocumque alio fieri potuiſſe, nec poſſe, ſuamq. concluſionem, & ſententiam nobis retulerunt, qua relatione ſæpius intellecta, eiq. inhærentes motu proprio, ex certa noſtra ſcientia, & de plenitudine poteſtatis ſupraſcriptarum litterarum Eugenij, & Pauli, ac erectionis, ſeu inueſtituræ dicti Ducatus, ac deſuper cōfectarum litterarum, ac quarumcumque reuocationum, etiam motu proprio, aut alias quomodolibet factarum, & etiam inhibitionum, & impedimētorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes dilecto filio nobili viro Ranutio Farneſio moderno Duci, & ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus in d. Ducatu quibuſcumq; pro tēpore exiſtentibus præd ictā extractionē plenè, liberè, & licitè ſine aliqua prorſus exceptione, ſeu impedimento competijſſe, & competere, ac propterea nullum de iure impedimentum eis à Camera noſtra, ſeu quocumque alio vigore quarumcumque prohibitionum quomodocumq; emanatarum ex quauis cauſa, & occaſione inferri, aut alias fieri potuiſſe, nec poſſe quoquomodo hac noſtra declaratione perpetuo valitura declaramus, & quatenus opus ſit de nouo concedimus &c. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 4. Decemb. 1599. Pontificatus noſtri anno octauo.

Ex conſtitut. Pauli v. in vlt. Bullar. num. 12.

N. XXI.

PRæterea ad hunc effectū motu ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus hac noſtra perpetuo valitura conſtitutione omnia, & ſingula, ac quæcumque priuilegia, licentias, & facultates frumenta, blada, legumina, animalia, oleū, & alia id genus tàm annonam, quàm graſciam concernentia etiam in proprijs eorum prædijs poſſeſſionibus, agris, & terrenis pro tempore recollecta ex quibuſcumque Status noſtri Eccleſiaſtici temporalis Prouincijs, ac Ciuitatibus, Terris, Caſtris, & locis, eorumq. territorijs, & diſtrictibus nobis, ditioniq. noſtræ Eccleſiaſticæ mediatè, vel immediatè quomodolibet ſubiectis extrahendi quibuſuis Cōmunitatibus, Vniuerſitatibus, & perſonis cuiuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, præeminentiæ, vel conditionis exiſtentibus etiam ratione legationū, guberniorum, & aliorum officiorum, & munerum eis commiſſorum, & per quoſuis Romanos Pōtifices prædeceſſores noſtros, ac nos, Sedemq. & Cameram Apoſtolicam, & quoſuis alios, & etiam noſtra auctoritate, aut alias ex quauis cauſa, etiā in recompenſam laborum, damnorum, paſſorum, & ipſorum laborum, damnorū, vel meritorum intuitu, & alia etiam quātumuis rationabili, iuridica, & priuilegiata cauſa ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, etiam in vim contractus, & cum quibuſuis clauſulis, & decretis, etiam irritantibus, etiam quantumuis prægnantibus inſolitis, & de neceſſitate exprimēdis etiam motu, ſcientia, & poteſtate ſimilibus, aut alias quomodocumque, & qualitercumque, (præterquam dumtaxat ex cauſa verè onerosa, videlicet congruæ ſolu-

Digitized by Google

ſolutionis, & exburſationis pecuniarum, aut ratione appaltuum, & locationum, introituum, iuriumq. & bonorum Sedis, & Cameræ prædictorum) hactenus conceſſa, approbata, confirmata, & innouata illorum omnium, & ſingulorum tenores veros, plenarios, & integros, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo inſererentur præſentibus pro ſufficienter expreſſis, inſertis, & regiſtratis habẽtes, auctoritate, & tenore prædictis perpetuo reuocamus, caſſamus, annullamus, ac viribus vacuamus, ac reuocata, annullata, caſſata, inualida, viribusq. & effectu vacua eſſe, & fore, aut nemini vllatenus ſuffragari poſſe, aut debere. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 23. Decembris 1605. Pontificatus noſtri anno primo.

N. XXII. COnſtãtius Patritius Prothonotarius Apoſtolicus vtriuſque Signaturæ S.D.N Papæ Referendarius, eiuſdemque Sanctiſſ. & Reu. Cameræ Apoſtolicæ Generalis Theſaurarius de mandato S.D.N. Papæ viuæ vocis oraculo nobis facto, & auctoritate noſtri Theſaurariatus officij, & ad inſtãtiam per Illuſtr. & Excellentiſſ. D. Hortenſij de Rubeis eiuſdem Sanctiſſ. & Cameræ Apoſtol. generalis Commiſſarij, pro cuius parte nobis expoſitum fuit, quod cum alias S. D. N. Paulus Papa V. per ſuas litteras Apoſtolicas extractionem frumentorũ, ſegetum, & bladorum à Statu Eccleſiaſtico & locis quibuſcumque tàm immediatè, quàm mediatè Sedi Apoſtolicæ, & Sanctitati Suę ſubiectis ſub certis in eiſdem Apoſtolicis litteris comminatis pœnis vetuerit, & prohibuerit, credaturq propterea ſtantibus dictis litteris, necnon alijs ordinationibus, & bandimentis deſuper emanatis opus non eſſe aliqua alia inhibitione, vel prouiſione ſuper præmiſſis adhibendis, nihilominus citra aliquod Cameræ præiudicium, ad maiorem cautelam, iura iuribus, & cautelam cautelis addens, & ad magis infraſcriptum D Hieronymum Sauinũ affictuarium introituum Caſtri Laterę, & nõnullorum aliorum locorum, & alias etiã in executione præſentium nominañ, afficieñ, & ad omnem aliũ meliorem finem de nouo de aliquo oportuno iuris remedio requiſiti tenore præſentium inhibemus, & inhibendo expreſsè præcipimus, & mandamus dicto Hieronymo Sauino Caſtri prædicti Lateræ, & aliorum locorum præfatorũ introitus affictuario, omnibuſq. alijs in executione &c. ne viſis &c. ſub decem millium ducatorum auri Cameræ Apoſtolicæ applicañ vltra pœnas in dictis litteris contentas, & comminatas, & pro illis mandati executiui, & in iuris ſubſidium excommunicationis, alijſque pœnis arbitrio &c. grauioribus &c. afflictiuis, & corporaliter affligen. audeant, ſeu præſumãt, aut eorũ aliquis audeat &c. ſub quouis prætextu frumentum, ordea, ſegetes, & blada in dicto Caſtro Lateræ, & alijs locis prædictis, eorumq territorijs recollectas, & in dictis locis exiſten., & recolligen. quomodolibet infuturũ nullibi, quam ad Ciuitates, terras, & loca immediatè Sedi Apoſtolicæ ſubiect. deferre, & aſportare, ſeu deferri &c. facere, vel permittere per ſeipſos, ſeu alios &c. alioquin &c. nam ſtantibus dictis litteris Apoſtolicis, & illarum vigore, & auctoritate ita mandamus &c. in quorum &c. Datum Romæ ex ædibus noſtris die 14. Septembris 1616. Conſtantius Patritius Theſaurarius. Hortenſius de Rubeis Cameræ Apoſtolicæ Commiſſarius. Felix de Totis Notarius.

A tergo vero. Io Santi di Domenico Balio della Magnifica Communità d'Acquapendente, ho preſentata la retroſcritta inhibitione al Sig. Girolamo Sauini in perſona, queſto dì 20. Settembre 1616. Io Santi ſopradetto mano propria.

Digitized by Google

§. 15. Ac omnia, & ſingula priuilegia, licentias, & facultates, frumenta, blada, legumina, animalia, oleum, oliuas, & alia quæcumque tàm annonam, quàm graſciam concernentia, etiam in proprijs eorum prædijs, poſſeſſionibus, agris, & terrenis pro tempore recollecta, tam ad effectum extra Statum Eccleſiaſticum, quàm etiam ad loca mediatè, vel immediatè Sedi Apoſtolicæ ſubiecta, prę terquam ad vrbem prædictam aſportandi, etiam tempore annonæ difficultatis, & pro vſu proprio, vel ad effectum in eorum, vel alienis quibuſuis molendinis molendi, ſiue terra, ſiue mari, vel per aquam dulcem ex quibuſcumque ſtatus noſtri Eccleſiaſtici temporalis Prouincijs & etiam à dicta vrbe, & Ciuitatibus, Terris, Caſtris, & locis, eorumq. territorijs, & diſtrictibus nobis, & dictæ S. R.E. mediatè, vel immediatè ſubiectis extrahendi, aut illa vltra vſum, contra tamen formam conſtitutionum & ordinationum Apoſtolicarum, et bannimentorum deſuper editorum, et edendorum emendi, ac vt dicitur etiam incettandi per quoſcumque prædeceſſores noſtros, ac nos, et Sedem prædictam etiam motu proprio, et conſiſtorialiter, ac S.R.E. Camerarium, et Cameram prædictam ſeu etiam Legatos, Vicelegatos, Gubernatores, officiales, et miniſtros quibuſuis etiam Auenionen̄, Ferrarien̄, Beneuentan̄, et alijs etiam ſpeciali nota dignis Ciuitatibus, et illarum Regiminibus, Communitatibus, et Vniuerſitatibus, necnon familijs, nobilibus, Principibus, Ducibus, et Marchionibus, Baronibus, Domicellis, et quibuſuis alijs perſonis quacumque etiam Epiſcopali, Archiepiſcopali, Patriarchali, et Cardinalatus, aliaq. tàm ſæculari, quā Eccleſiaſticæ dignitate fulgētibus, etiam ratione guberniorum, et aliorum officiorum, et munerum eis commiſſorum, etiā pro ſe, et filijs, eorumque hæredibus, et deſcendentibus, necnon familiaribus, et inſeruientibus, colonis, etiam partiarijs, laboratoribus, et affictuarijs, ac pro eorū Ciuitatibus, Terris, Caſtris, Villis, caſalibus, prædijs, vineis, et alijs bonis ſtabilibus, fructibus, iuribus, et actionibus perpetuo, vel ad tempus, ac in toto, vel pro parte, et etiam cauſa emporiorum, ſeu nūdinarum etiam publicarum, aut alias, et ex quauis cauſa etiam in recompenſam laborum, damnorum paſſorum, expenſarum, vel meritorum, ſeu illorum intuitu, et alia quantumuis vrgentiſſima, ac de neceſſitate exprimenda cauſa ſub quibuſcumque verborum formis, et tenoribus, ac cum quibuſuis clauſulis, et decretis etiamſi in appaltuum, ſeu locationum inſtrumentis promiſſum, et cautum ſit illas obſeruari debere, appaltatoreſq., et cōductores ad illarum obſeruationem teneri, ac illas quomodocūque, et qualitercumque hactenus in genere, vel in ſpecie, tàm ante, quàm poſt eiuſdem Pauli V. et aliorum prædeceſſorum prędictorum, et quandocumque datas, factas, ſeu confirmatas, reſtitutas, reintegratas, aut alias conceſſas, et inde etiam auctoritate Iudicis ſecuta quæcumque etiam perpetuo, ac motu ſcientia, et poteſtate ſimilibus reuocamus, et abrogamus.

§. 19. & inſuper à reuocationibus omnibus, & ſingulis ſupradictis excipimus, & exceptas eſſe volumus, & declaramus immunitates, exemptiones, cōfirmationes, extentiones, prorogationes, facultates, priuilegia, conceſſiones, & alienationes quibuſuis Communitatibus, Vniuerſitatibus, & alijs quibuſcumque data, facta, & reſpectiuè conceſſa in vim contractus, ex cauſa verè onerosa videlicet congruę, & effectualis Cameræ Apoſtolicæ, vel ipſis Communitatibus legitimè factæ pecuniarum ſolutionis, vel ex

aliis

Digitized by Google

alijs cauſis rationabilibus per nos cognoſceñ, & approbañ, & etiá declarañ, quas cauſas omnes oneroſas, nonniſi legitimas, ac licitas, & honeſtas prout de iure approbare intédimus & propterea illa obtinétes quicumque in eadem Camera citato dilecto filio ipſius Cameræ Commiſſario generali illas verificare, in ipſaq. Camera examinari, & admitti facere teneantur, etiamſi gratiæ, conceſſiones, priuilegia, litteræ, inſtrumenta, cæteraq. prædicta alias in eadem Camera admiſſa, & in ea, ſuiſq. libris fuerint & ſint regiſtrata, quatenus tamen cauſæ oneroſæ prædictæ pro verè oneroſis, & legitimis vt ſupra alias in eadem Camera verificatæ, & approbatæ & iudicatæ non ſint, quo caſu ad indicationem tantum, non autem ad aliá verificationem eoſdem obtinentes teneri volumus &c.

Antonio di S. Agata Diacono Card. Antonio Barberini della S. R. C. Camerlengo.

Ancorche per diuerſe Conſtitutioni de' Sommi Pontefici, & vltimaméte di Paolo V. di fel. mem. ſotto li 24. di Decembre 1605. & 26. d'Agoſto 1606. & della Santità di N. S. Papa Vrbano VIII. ſotto li 21. di Settembre 1624. ò altro più vero tempo, ſotto pena di Scommunica Maggiore, crime di leſa Maeſtà, confiſcatione de' domini, e beni, priuatione de feudi, ſoſpenſione de' priuileggi, & altre pene, e cenſure grauiſſime contenute in dette Conſtitutioni ſia ſtata rinouata, e di nuouo fatta la prohibitione di poter eſtrarre, ò far eſtrarre da qualſiuoglia Prouincie, Città, Terre, e luoghi mediatamente, ò immediatamente ſoggetti alla ſanta Sede Apoſtolica grani, biade, legumi, & altre coſe concernenti táto l'Annona, quanto la graſcia, etiam che fuſſero raccolti nelli proprij beni per condur fuori dello Stato Eccleſiaſtico, ancorche per vſo proprio, ſenza eſpreſſa licenza da ottenerſi in virtù di ſpecial Chirografo ſegnato di mano di Sua Santità, ò dell'altri Pontefici Romani, che ſaranno pro tempore. Reuocando, e dechiarando, reuocati tutti, e ſingoli priuileggi, licenze, e facoltà conceſſe ſopra ciò da detta ſanta Sede, etiam dall'iſteſſa Santità Sua, e ſuoi predeceſſori à qualſiuoglia Communità, e perſone, etiam Signori, Nobili, Prencipi, Duchi, Marcheſi, e Baroni anco per cauſa di remuneratione di fatiche, di dáni patiti, ò di meriti, & per qualſiuoglia altra cauſa benche priuilegiata, e giuridica per contratto, e con qualſiuoglia decreti irritanti, & altre clauſule ampliſſime inſolite, e neceſſarie da eſprimerſi, béche conceſſi di Motuproprio certa ſcienza e con piena poteſtà Apoſtolica, fuorche per cauſa veramente oneroſa, e di hauer pagato denaro effettiuo per ottener detti priuileggi, & gratie, come più amplamente ſi contiene in dette Cóſtitutioni a' quali ſi habbia relatione, & ſi habbino qui per inſerte; Nondimeno s'intende che dalla ſpiaggia di Mótalto, & altri luoghi dello ſtato di Caſtro mediatamente ſoggette à Sua Santità, & à detta S. Sede, ſi eſtrahono grani, biade, legumi, & altre coſe concernenti l'Annona, ſenza ottenerne il detto Chirografo da S. Beatitudine, e la debita licenza della tratta da Noi in graue pregiudicio, e danno sì di detta S. Sede, e Camera Apoſtolica, come de ſudditi. Alche volendoſi prouedere, & anco ridurre à memoria di ciaſcheduno l'oſſeruanza di dette Conſtitutioni; Noi d'ordine eſpreſſo di Sua Santità datoci à bocca, e per l'auttorità del noſtro officio di Camerlengato, & in ogn'altro miglior modo ſenza pregiudicio di qualſiuoglia ragioni acquiſtate al Fiſco ad effetto di poter proceder cótro quelli, che per il paſſato hanno tranſgredito dette Conſtitutioni, per le pene contenute in eſſe, con il pre-

preſente Editto inherendo à dette Conſtitutioni, & all'ordine come ſopra datoci da S. Santità, prohibiamo, ordiniamo, e comandiamo.

Che neſſuna Communità, ò Vniuerſità, nè qualſiuoglia perſona di qualſiuoglia ſtato, grado, & conditione, etiam Signore, Prencipe, Duca, etiam dall'iſteſſo ſtato di Caſtro, Marcheſe, Barone, nè qualſiuoglia altro, etiam Veſcouo, Arciueſcouo, Patriarcha, nè qualſiuoglia altra perſona in qualſiuoglia modo priuilegiata, & quanto ſi voglia ſublime, & eminẽte, etiam che ricercaſſe ſpecial, & indiuidua eſpreſſione ardiſca di eſtrarre, ò far eſtrarre, nè di permetter, ò conceder licenze di eſtrarre da detto luogo di Montalto, ò altro luogo di detto ſtato di Caſtro per mare, ò per terra fuori di detto Stato Eccleſiaſtico mediatamente, ò immediatamente ſoggetto, etiam per vſo proprio alcuna quantità di grano, biade, legumi, ò altre coſe concernenti l'Annona, etiam che fuſſero raccolti nello ſtato, territorij, & beni proprij ſenza la noſtra eſpreſſa licenza di tratta da ottenerſi, & ſpedirſi precedente il Chirografo ſpeciale ſegnato di mano di S. Santità, conforme dette Conſtitutioni, non oſtante li detti priuileggi, licenze, e facoltà di eſtrarre conceſſe per l'adietro come ſopra, etiam all'iſteſſo Duca di Caſtro, quali con il preſente Editto reduchiamo à memoria eſſer già reuocati, & reuocate per dette Conſtitutioni di Paolo V. e di N.S.

Dechiarando, che nelle medeſime pene incorreranno quelli che venderanno, ò ſotto qualſiuoglia colore daranno detti grani, biade, legumi, ò altre coſe concernenti detta Annona à Marinari, ò perſone ſolite à comprare per eſtraher fuor di detto Stato, & ogn'altra perſona dalla quale ſi poteſſe ſoſpettare, che li compraſſe per eſtrarre, ogni volta che ſarà ſeguita l'eſtrattione, ouero fuſſe preſo infragante, nè ſi ſcuſerà, che ſia ſtato fatto da lor fattori, ò altre genti, perche ſe bene non apparirà l'interuento, ò conſenſo loro ſaranno tenuti alle pene predette.

S'auuerte però ogn'vno à non contrauenire, perche contro li tranſgreſſori ſi procederà con ogni rigore, dichiarando anco, che il Padrone ſarà tenuto per il Miniſtro, ò fattore, ò qualſiuoglia altro, che in qualſiuoglia modo habbia relatione à eſſo, & vn compagno per l'altro, nè ſe gl'ammetterà allegatione di toleranza, ò permiſſione alcuna per il paſſato, nè alcun'altra ſcuſa.

Volendo, e decretando, che il preſente Editto affiſſo, e publicato nelli luoghi ſoliti di Roma, & affiſſo in vna Chieſa, ò porta di detto luogo di Montalto, ò altroue aſtringa ogn'vno, come ſe li fuſſe perſonalmente intimato. In fede &c. Dat. in Roma nella Camera Apoſtolica il dì 20. di Marzo 1641.

Card. Ant. Cam.
V. M. Abb. Theod. Annonæ Præf.
F. M. Mancinus Aud.
Io. Ghinus Com. gen.
Bartholomæus Brunorus.

Die 22. menſis Martij 1641. ſupradictum Edictum affixum, & publicatum fuit ad portam Terræ Montiſalti, & ad valuas Eccleſiæ exiſten. prope, & extra mœnia eiuſdem Terræ. Et die 26. eiuſdem menſis affixum, & publicatũ fuit ad valuas Cam Apoſt. in acie Campi Floræ, et alijs locis ſolitis Vrbis per me Dominicum Mãgilium S.D.N. Papæ Curſ. Pro D. Mag. Curſ. Petrus Paulus Deſiderius eiuſd. Sanctiſſ. Curſ.

Digitized by Google

 57

SVMMARIVM SECVNDAE PARTIS.

TRES Inſpectiones habet Pars ſecunda, de quibus num. 1.

In prima oſtenditur, Ducem non adimpleuiſſe promiſſa in erectionibus Montium num. 2. & ſeqq.

Promiſſa principaliter conſiſtunt in idonei Depoſitarij deputatione, & manutentione, in redditųum, ac fructuum effectuali ſolutione, atque in præſtanda conductorum obligatione fauore Montiſtarum num. 3.

Defectus circa idoneitatem Depoſitarij probatur num. 4. & duob. ſeqq.

Quoad effectualem ſolutionem, & conſignationem num. 7.

Et quoad obligationem conductorum n. 8.

Sola conductorum aſſignatio non releuat num. 9.

In ſecunda probatur, Ducem potuiſſe cogi ad extinctionem Montium ſtante prædicto non adimplemento num. 10. & ſeqq.

Promiſſio damnorum, & intereſſe continet reſtitutionem ſortis in locis Montium, & Cenſibus in Bulla Baronum æquiparatis num. 11. & ſeqq.

Licentia Montiſtis data capiendi poſſeſſionem bonorum, eaque locandi, et fructus percipiendi tamquam facultatiua, et ad eorum fauorem appoſita non impedit facultatem vendendi, et ſubhaſtandi ex alijs verbis Erectionum, et ex Bulla Baronum competentem num. 13. cum pluribus ſeqq.

Clauſulæ dummodo ex illis non ſequatur dictorum bonorum alienatio in Inſtrumento pro erectione primi Montis appoſita reſpondetur num. 15. et duobus ſeqq.

Regula de prouiſione hominis, quod tollat prouiſionem legis non procedit, quando prouiſio hominis eſt facultatiua, et compatibilis cum prouiſione legis, nec minus quando plenior eſt legis prouiſio num. 18.

Bulla Baronum procedit in Montibus tàm ante, quàm poſt eius promulgationem erectis num. 19.

Et quamuis in erectione non adſit pactum extinguendi intra certum tempus, cum ſufficiat defectus adimplementi promiſſorum in toto, vel in parte num. 20. et 22.

Prædicta Bulla locum habet non ſolum in Baronibus Vrbis, verũ etiam in Baronibus, et Ducibus totius Status Eccleſiaſtici nu. 21.

Mandatorum præſentatio, et Montiſtarum inſtantia non requiritur, ſed ſufficit inſtantia Commiſſarij Generalis Cameræ Apoſtolicæ tàm vigore Bullæ Baronum, quàm Bullæ Congregationis Montium nu. 22. cum duobus ſeqq.

Obiectio de frumento per Miniſtros Cameræ Apoſtolicæ à Siris empto penitus ceſſat ex deductis num. 25.

In tertia Inſpectione defenditur, rite, et rectè Proceſſum inſtructum, et mandata relaxata fuiſſe num. 26. et ſeqq.

De Iuriſdictione Eminentiſſimi D. Cardinalis Camerarij dicto num. 26. cum duobus ſeqq. vbi etiam reſpondetur Obiecto prætenſæ ſuſpicionis.

De legitimatione perſonæ Commiſſarij Cameræ Apoſtolicæ ex Bullis Baronum, et Congregationis Montium num. 29.

Et de legitimatione perſonarum Mangelli, et Monguidi, qui pro Duce comparuerunt docetur num. 30. et 31.

De Citationibus contra prædictos, ac per Edictum num. 32.

Iuſtitia vero Decretorum deducitur n. 33. vſque ad finem.

Digitized by Google

PARS SECVNDA
De extinctione Montium.

DEgeneres animos timor arguit. Vnde non ſine miſterio à timore incipit exaduerſo ſcribens ſecundam Relationis Partem, cum & factũ de more ſuo alteret, & ſupponat in iure concluſiones minus veras, vt ex ritè, ac rectè geſtis colore aliquo valeat calumnioſas ſuadere conſequentias. Sed vt breuius quam poſſit conuincantur omnia exaduerſo adducta proponam.

1 Primo loco diſcutiendum, An Dux Odoardus adimpleuerit promiſſa in erectione Montium.

Secundo An ex non adimplemento potuerit cogi ad eorum extinctionem.

Tertiò An Proceſſus ritè inſtructus, & relaxata mandata fuerint.

2 CIrca primam Inſpectionem tres ſunt Montium Erectiones, de quibus agitur. Prima de anno 1600. locorũ 2000: ſpecialiter conſtitutorum ſuper redditibus Plani Abbatiæ, à quo loco nomen accepit cum onere Ducis, *vt pro maiori dicti Montis, & illius creditorum cautela, & ſecuritate teneatur Depoſitarium in Vrbe deputare, qui Campſor publicus, ac fide, & facultatibus idoneus exiſtat, & in manibus illius omnes pecunias ex fructibus, redditibus, & prouentibus Status Caſtri, & ſignanter Plani Abbatiæ prædictæ integrè ſolui, & conſignari facere &c. & de ſoluendo Montiſtis in fine cuiuſlibet bimeſtris idem Depoſitarius in forma Cameræ ſe obligare teneatur &c. Necnon omnes locationes dd. bonorum, vt præfertur, aſſignatorum in futurum faciendæ fiant cum expreſſa obligatione conductorum de ſoluendo penſiones eidem Monti, ac eius Depoſitario prædicto.*

Secunda erectio de anno 1605. locorum 7150. appellata Mons Farneſius Primæ Erectionis cum eodem onere *deputandi Depoſitarium fide, ac facultatibus idoneum, eique integrè ſoluere, & aſſignare faciendi ex dictis redditibus ſcuta 54. mill. annua pro ſatisfacieñ Montiſtis temporibus ſtatutis in ſumma ſcutorum 39. mill. circiter, & reliquum in alijs locis Montium inueſtieñ, & multiplicandi intra 12. annos, itaut dicto tempore tranſacto Mons extinguatur, ac etiã obligari faciendi Depoſitarium, & conductores bonorum*, vt in prima Erectione dictũ eſt. Quæ omnia repetita fuerunt in additione locorum 606. eidem Monti facta de anno 1632.

Tertia Erectio conceſſa fuit à Sanctiſſimo D.N. de anno 1640. locorũ 12917. quorum pretium inſeruire deberet pro anteriorũ Montium extinctione cum eodem onere *deputandi Depoſitarium idoneũ, qui in forma Cameræ Apoſtolicæ ſe obligaret de ſoluendo. Item cum promiſſione ſoluendi redditus bonorum, & obligari faciendi conductores præſentes, & futuros*, vt in præcedentibus Erectionibus, & iſte vocatus fuit Mons Farneſius ſecundæ Erectionis.

Ex quibus apparet principaliter tria promiſſa fuiſſe à Ducibus. Primo Depoſitarij idonei deputationem. Secundo reddituum effectualem ſolutionem. Tertio Conductorum, & Depoſitarj obligationem. 3

Defecit Dux in primo, quia conſtituit Depoſitarios Hieronymum Martellum, & Ioannem Grillum, qui publicè decoxerunt, vt notorium eſt; Interpellatus igitur Dux poſt eorum decoctionem tàm extraiudicialiter, quàm iudicialiter pro adimplemento promiſſorum, & explicitè ad præſtandum Depoſitarium, qui eſſet idoneus, adimplere debebat iuxta formã ſuarum obligationum, & eius Miniſtri hoc illi ſuadere tenebantur, non autem 4

præ-

Digitized by Google

prætendere iuſtitiam eludere,& immenſo numero Creditorum etiam miſerabilium, qui ſub fide publica contraxerunt non ſatisfacere; obligatus enim ad conſtituendum Depoſitarium idoneum pro Creditorum cautela tenetur etiam illum manutenere talem omni tempore, itaut eo facultatibus lapſo alium æquè idoneũ conſtituere debeat *l. ſi ab arbitro* 10. §. *quod ſi medio, ff. qui ſatiſd. cog. l. planè* 4. *ff. vt in poſſeſſ. legat. l. prætoriæ* 4. *ff. de prætor: ſtipul.* Maximè quia continet factum ſucceſſiuum, vt in ſimili de cedula bancaria promiſſa pro ſoluenda penſione, quod ſit renouanda decocto Mercatore pluribus comprobat *Barboſ. in cap. Piſanis num.* 7. *& ſeq. de reſtit ſpol.*

5 Et hoc idem claris verbis promiſerunt Duces in Inſtrumentis Erectionum prædictarum, vt in obligatione facta pro primo Monte ibi, *Necnon pro maiori d. Montis, & illius creditorum cautela, & ſecuritate ac faciliori dd. fructuum exactione, & conſequutione ex nũc D. Tiberium Ceulum Depoſitarium dicti Montis, ac redditũum præfatorum elegit, & deputauit, & in defectum illius alium æquè idoneum, & in Vrbe quoties opus fuerit eligere, & deputare omneſque dd. redditus, & prouentus dicti Status, & Ducatus Caſtri, & ſignanter Plani Abbatiæ in manibus eiuſdem D. Tiberij Ceuli, ſeu alterius pro tempore eligendi, & deputandi Depoſitarij quolibet anno dicto Monte durante ſolui, & cum effectu conſignari facere promiſit, & ſe obligauit &c.*

6 In obligatione pro ſecundo Monte eadem verba repetita fuerunt, ſic etiam in alia obligatione pro tertio Monte, ſiuè Farneſio ſecundæ Erectionis nuncupato ibi, *Necnon pro maiori dicti Montis, & illius creditorum cautela, & ſecuritate &c. ex nunc DD. Hieronymum Martellum, & Ioannem Grillũ Mercatores Romanam Curiã ſequentes ibidem præſentes, & acceptantes, in Depoſitarios dicti Montis, ac redditũum prædictorum elegit, & deputauit, & in eorum defectum alium æquè idoneum in Vrbe quoties opus fuerit eligere, & deputare promiſit, & promittit, omneſque dd. redditus, & prouentus, ſic vt ſupra ſeparatos, & applicatos dicti Status, & Ducatus Caſtri, & Ronciglionis, & ſignanter Caſtrorum, Terrarũ, & bonorum ſuperius expreſſorum in manibus eorumdem Depoſitariorum, ſeù alterius pro tempore eligendi, & deputandi Depoſitarij quolibet anno dicto Monte durante ſolui, & cum effectu conſignari facere promiſit, & ſe obligauit &c. Inſuper promiſit etiam, quod dicti DD. Hieronymus, & Ioannes Depoſitarij, & alij, vt ſupra de dictis fructibus, & redditibus ſoluent in primis, & ante omnia dictam annuam ſummam ſcut.* 5 8 1 2 6. *cum dimidio monetæ &c.*

Minus adimpleuit Dux in curando fieri ſolutionem,& conſignationem cum effectu promiſſam ſcut. 5 8 1 2 6. cum dimidio, vt clarè in ſupradictis verbis continetur; Ex ſola enim aſſignatione penſionis promiſſæ à Conductoribus nõ erat liberatus ab actuali, & effectuali ſolutione, quam ipſe promiſerat, nàm aſſignatio non eſt ſolutio cum effectu, ſed longè inter ſe diſtant *Rot. coram Card. Caualer. deciſ.* 7 1. *nu.* 2. *& in recent. deciſ.* 2 7 8. *n.* 1 4. *par.* 5. Et quando aſſignatur merces affictus dictum fuit *in Romana prætenſi Canonis coram Patriarcha Manzanedo impreſſ. per Cenc. poſt tract. de cenſ. deciſ.* 3 3 2. *nu.* 2. *ad med. & n.* 3. *ſecundum Modern. impreſſ.* 7

Pariter nõ pręſtitit obligationem Cõductorum de ſoluendo Montiſtis, prout in obligationibus prædictis requiritur, ideò hęſitari nequit de non implemento, cuius defectus nocet, etiamſi in minimo conſiſtat, & multò magis ſi in omnibus, *vt per Surd. conſ.* 3 6 9. *num.* 3 6. *Menoch. conſ.* 5 5. *num.* 6. *Ciriac. controu* 2 3 9. *nu.* 27. *& ſeq. Rot. diuerſ. deciſ.* 3 6 5. *nu.* 2. *part.* 4. *in recent. deciſ.* 2 2 4. *num.* 3. *par.* 2. *& coram Gregor. deciſ.* 2 6 1. *num.* 3. 8

Nec

Digitized by Google

9 Nec releuat prætextus aſſignationis Sirorum, cum quibus de anno 1638. Inſtrumentum Conductionis reddituum Status Caſtri initum fuerat, & quod per ipſos ſteterit, quin ſoluerint, non autem per Ducem; Nam præter quod Siri iudicialiter, & extraiudicialiter deduxerunt, propter non adimplementum ex parte Ducis Inſtrumentum prædictum non habuiſſe effectum, clariſsimum eſt, Siros non ſe obligaſſe ad aliquam ſolutionem, aut conſignationem pro vltimo Monte, qui erectus fuit de anno 1640. Vnde inexcuſabilis eſt negligentia Ducis non ſolum in procuranda effectuali obligatione Conductorum, verùm etiam actuali ſolutione reddituum Depoſitario, & Montiſtis, quæ non impletur per ſolam aſsignationem, etiamſi aſsignatio vera fuiſſet in facto, & cum acceptatione Sirorum (de qua tamen non conſtat) ex ſupracitatis, ac præſertim *in dicta Romana prætenſi Canonis coram Manzanedo*, vbi quod non ſufficit huiuſmodi aſsignatio, niſi fuerit ab Affictuarijs acceptata, ſicuti neque apparet Siros iniuſtè denegaſſe ſoluere, cum prætendant ſe fuiſſe Ducis creditores in maiori ſumma, & Ducem cum eis cõueniſſe de ſoluendo Montiſtis priorum duorum Montium, antequam conſtitueret Martellum, & Grillum Depoſitarios. Huius autem controuerſiæ, quæ altiorem requirebat indaginem, definitio procuranda erat ab ipſo Duce, nõ autem ab alijs, quia ipſe *promiſit aſſumere in ſe, ac terminare omnem litem, & moleſtiã ſuper fructibus, & bonis Monti aſſignatis quomodolibet infereñ proprijs ſumptibus abſq; interuentu, vel impenſa Montiſtarum, & de illos manutenendo in pacifica poſſeſſione, vel quaſi, ac libera fructuum dicti Montis perceptione &c.* Qui enim promiſit liberationem à moleſtijs tenetur pro adimplemẽto ſuæ obligationis ſtatim litem in ſe aſſumere, ac tollere moleſtias, ſiue iuſtas, ſiuè iniuſtas, vt benè explicauit *Rota diuerſ. deciſ. 75. in fin. & deciſ 815. num. 1. poſt med. part. 4. in Bononien. cenſus 1. Februarij 1627. coram Pirouano, confirmata ſub die 15. Nouembris eiuſdem anni coram Coccino, & rurſus in alia Bononieñ Cenſus 10. Ianuarij 1639. coram eodem.*

Quoad ſecundam Inſpectionem clarũ eſt, potuiſſe cogi Ducem ad extinctionem 10 ſtante non adimplemento promiſſorum; Nàm in Inſtrumento obligationis primi Montis, *ſi prædicta omnia, & ſingula ſicuti conuenta, & promiſſa ſunt non impleantur, teneri voluit ad omnia damna, expenſas, & intereſſe promiſſorum non adimpletorum, cauſa quomodolibet patienda, & incurrenda &c.* Sic etiam in Inſtrumento obligationis ſecundæ Erectionis *in omnes, & ſingulos euentus præmiſſis contrarios de omni, & quacumq. euictione dd. bonorum vniuerſali, & particulari in forma Iuris valida, & in Vrbe conſueta, & in omni iudicio petitorio, poſſeſſorio, & mixto inſolidum, & ad ſolutionem dd. annuorum 54 mill. ſcutorum, & ad omnia damna &c. teneatur, et obligatus ſit, de quibus damnis etc.* Et hæc promiſsio repetita eſt etiam in alijs Inſtrumentis tàm ſupradictæ additionis ad iſtam, quã tertiæ Erectionis.

Promiſsio autem damnorum, & intereſſe continet reſtitutionem ſortis in huiuſmodi annuis redditibus, quando non adimplentur promiſſa, vt dixit *Rota deciſ. 741. ſub num. 1. par. 1. diuerſ. in Peruſina Dotis coram Ortembergo impreſſ. per Marcheſan. par. 2. fol. 589. nu. 4.* & benè in *Tudertina Cenſus coram Iuſto impreſſ. per Cenc. deciſ. 138. num. 1. et 2. et coram Coccino penès eumdem Cenc. deciſ. 87. num. 4. coram Gregor. deciſ. 88. num. 3. atque in ſupracitatis Bononien. Cenſus corã Coccino, et Pirouano.* 11

Hoc idem clariſsimè diſponitur in Bulla Baronum Clem. VIII. quæ eſt in ordine 41. §. 8. *vt ſi inter creditores reperirentur aliqui, qui occaſione tàm montium* 12

quàm

Digitized by Google

quàm cenſuum &c. creditores fuerint & quibus de fructibus idcircò debitis hactenus integrè ſatisfactum non erit, vel in futurum non ſatisfiet &c. capta ſummaria informatione etiam extraiudiciali per dictam Congregationem de lapſu temporis, & ſatisfactione non ſequuta abſque vlla, vt dictum eſt, cauſa cognitione ad ſubhaſtationem, deliberationem, venditionem, & adiudicationē etc. Et vlteriùs ad extinctionem dictorum Montium, & Cenſuum, ac ſatisfactionem dictorum fructuum &c. ipſa Congregatio omnino deueniat &c.

13 Et quamuis in Erectionibus Montium data fuerit facultas Montiſtis propria auctoritate capiendi poſſeſsionem bonorum pro Dote Montis aſsignatorum, eaq; locandi, & in affictum concedendi &c. ad effectum percipiendi annuam ſummã pro fructibus Mõtis debitam. Non tamen ex hoc ſublata fuit facultas vendendi, & ſubhaſtandi bona non propria auctoritate ab ipſis Montiſtis facienda, ſed à Congregatione Baronum, & Montium quibus ſecundum facultates à Summis Pontificibus conceſſas competit, necnon etiam facultas agendi ad intereſſe pro adimplemento conſequendo; Nã huiuſmodi pactum fuit adiectum ad fauorem Mõtiſtarum dando eis licentiam capiendi poſſeſsionem, & locandi propria auctoritate; Vndè non debet retorqueri in odium, vt auferatur facultas adeundi Iudicem, & vtendi iuris remedijs opportunis, & neceſſarijs. Hæc ſtrictè ad terminos noſtros comprobat *Ruin. conſ.* 88. *num* 4. *& num.* 5. *lib.* 1. vbi data facultate Locatori retinendi frumentum pro rata deficientis ſeminis in reſtitutione terrarum locatarum, comprobat non eſſe ad hoc cogendum Locatorem, ſi velit adire Iudicem, & inſtare pro dãnis, & intereſſe, quia verba facultatiua *quod liceat etc.* non inducunt neceſsitatē, & cautela appoſita ad fauorē Creditoris non arctat ad ita faciendum, adducit *Text. in l. quamuis* 6. *ff. de pignor. act.* vbi dato pignore cum facultate vendendi poteſt Creditor conuenire Debitorem ad ſoluendum, nec cogitur vendere, & ſubiungitur in dicto Textu, *Inuitum enim Creditorem cogi vendere ſatis inhumanum eſt*, & ibi Bart. & alij notant, *quod ſi promiſiſti ſoluere centum in Paſchate, vel dare obſides, vel pignora, non liberaris dando, ſi ego velim pecuniam, quia quod dictum eſt de pignoribus, & obſidibus eſt in fauorem meum, & ideo iniquum eſt, vt ad id cogar inuitus*. Et hanc Ruini Doctrinam ſequuntur etiã *Surd. conſ.* 98. *num.* 7. *cum ſeq.* & cenſuit *Rot. in Bononień Pecuniaria* 10. *Maij* 1621. *corã Remboldo.*

Corroboratur primo ex illis verbis *pro maiori dicti Montis cautela*, quæ deſignãt eſſe in facultate eius, ad cuius fauorem facta eſt cautela vti, vel non vti, prout ſibi magis videbitur, vt in ſpecie aduertit *Rota in recent. deciſ.* 201. *num.* 1. *par.* 3. 14

Nec refragatur clauſula, *dummodo ex illis non ſequatur dictorum bonorum alienatio*, de qua in Inſtrumento obligationis pro primo Monte, cum cenſeatur appoſita ad determinãdam facultatem propria auctoritate locandi, & in affictum concedendi, non autem indiſtinctè ad tollendam facultatem de iure, & ex Conſtitutionibus Apoſtolicis competentem, verba ſunt clariſsima ibi, *Et in omnem caſum defectus, & inobſeruationis in dicto Motu proprio contentorum eiſdem Mõtiſtis liberam poteſtatem, & facultatem conceſſit, vt liceat eis, et cuilibet eorum propria auctoritate abſq. aliqua Iudicis licentia liberè realem, et actualem poſſeſſionem prædictorum bonorum apprehẽdere, captamq., et apprehenſam continuare, bonaque huiuſmodi arbitratu eorum quibuſcumque perſonis, ac pro quocumque pretio reperibili locare, affictare, et in affictum concedere, et ex huiuſmodi, vel alijs ſimilibus, aut diſſimilibus conceſſionibus (dummodo ex illis non ſequatur dictorum bonorum alienatio)* 15

b *annuam*

annuam ſummam vt ſupra aſſignatam percipere etc. Ecce quod inſerta ſunt iſta verba intra clauſulam facultatiuam capiendi poſſeſsionem propria auctoritate, non debet igitur trahi ad reſtrictionem facultatis à iure, non autem ex iſto pacto conceſſæ, adeundi Iudicem pro venditione, ac ſubhaſtatione, & alijs remedijs ad effectum conſequendi ſatisfactionem, et implementum à iure conceſsis, nàm exceptio reſtringitur ad terminos, & qualitates eius, quod limitat, *vt per Caſtr. conſ. 79. num. 3. lib. 1.* ſubiungentem, quod aliàs exceptio eſſet deriſoria *Natt. conſ. 431. num. 32. Surd. conſ. 262. num. 47. Rota coram Gregor. deciſ. 544. num. 27.* & verba appoſita ad qualificandam vnam clauſulam ad eã reſtringuntur, & non modificant alia *Bart. in l. fin. poſt princip. verſ. ſi enim illa, ff. de reb. dub. Curt. ſen. conſ. 46. num. 17. verſ. quo caſu illa verba Pariſ. conſ. 36. num. 20. lib. 1. Menoch. conſ. 542. num. 6.*

16 Et vt omnino euellatur prædictum motiuum, repeteñ eſt apud antiquos Romanos, & prius apud Athenienſes, à quibus vti à fonte petita fuit pàrs Iuris Ciuilis, in vſu fuiſſe conſtituere pignora cum facultate vendendi in caſu moræ, & ideo poſtea cæperunt pro expreſſa habere, etiã quando omittebatur, niſi contrarium fuiſſet conuentum, vt explicat *Balduin. in § contra autem inſtit. quibus alien. licet vel non*, & colligitur *ex l. ſi conuenerit 4. ff de pignor act.* & potiſsima, ac præcipua pars huius contractus conſiſtit in facultate vendendi, in tantum *vt Papinianus in l. 3. § fin. ff qui potior. in pign.* data facultate vendendi partem Prædij exiſtimauerit pignus intelligi contractum, & ideo vt ab hac materia contractus pignoris minus recedatur, quàm fieri poſsit explicarunt pactum expreſſum, ne liceret diſtrahere, intelligendum eſſe, dummodo non fuerit ter denunciatum debitori, vt inquit *Vulpian. in d. l. ſi conuenerit*, & ibi explicant *DD. omnes*, & benè *Neguſ. de pignor. par. 6. membr. 1. num. 3.* Verba igitur *vt non ſequatur bonorum alienatio* intelliguntur non abſolutè, & ſimpliciter, ſed ſolum quatenus non ſeruentur ſeruanda, & non fiant prædictæ denunciationes.

Vlterius aduertendum eſt, prædicta verba non adeſſe in Chirographis Summorum Pontificum, neque in Inſtrumẽtis obligationum pro ſecundo, & tertio Monte, ſed tantum in Inſtrumento obligationis factæ pro primo Monte, in quo omiſſa ſunt verba *tamquam de re propria liberè, & abſolutè diſponere etc.* de quibus in erectionibus prædictis, ſed tamen in dicto Inſtrumento addita eſt clauſula, *vt Indultum cenſeatur conceſſum ad maiorem Montis cautelam, et augmentum, itaut tali Indulto etiam ſtante infraſcripta promiſſiones locum ſemper obtineant, non tamen in illis partibus, ſi quæ ſint, quæ eidem Indulto, ſeù contentis in eo, poſſent eſſe contraria &c.* ſed reſtrictiua prædicta *dummodo ex illis non ſequatur bonorum alienatio* eſt contraria contentis in Indulto, vbi non reſtrictiuè, ſed ad cautelam prædicta facultas eſt adiecta, & non cum ſola facultate locandi, verum etiam addita clauſula, *Et alio quocumque modo de poſſeſſione, et fructibus bonorum huiuſmodi pro præfatorum omnium implemento, et obſeruatione conſequendis tamquam de re propria liberè, et abſolutè diſponere, præuia tamen Intimatione Agentibus, et Miniſtris eiuſdem Ducis &c.* Quæ verba nùllam recipiunt reſtrictionem, & ſignificant pleniſſimã alienandi poteſtatem ita *Ruin. conſ. 27. num. 1. et ſeqq. lib. 1. Surd. deciſ. 272. num. 13. in fin. et duobus ſeqq. Soccin. conſ. 123. num. 1. ad fin. et num. 2. lib. 3.* vbi etiam ponderat ſimilia verba, quemadmodum perfectis Dominis competit, quæ inducunt omnimodam æquiparationem, & omninò conue-

conueniunt prædictis tamquam de re propria.

In Inſtrumento quoque obligationis ſecundi Montis appoſita fuit clauſula *quatenus Montiſtis, & Depoſitario prædictis placuerit, & iſta via electa liceat variare, & penitus deſiſtere, & agere adimplementũ promiſſorum in ipſum D. Ducem, et ſuos &c.* quæ clauſula eſt in ſe clariſſima, vt per *Vinc. de Franc. deciſ. 200. num. 3. verſ. accedebat prædictis.* Et continetur etiam in formula obligationis Cameralis appoſitę in omnibus iſtis obligationibus, vt patet ex ipſamet formula *apud Galleſ. & Zacch. de oblig. Cam.* & dixit *Rota coram Cardinali Seraphin. deciſ. 1107. num. 3. & in recent. deciſ. 161. num. 8. par. 6.*

18 Ex his apparet, ad rem non facere generalem, & brocardicam regulam exaduerſo adductam de prouiſione hominis, quæ tollat prouiſionem legis, nàm procedit, quando prouiſio hominis eſt reſtrictiua, & omnino incompatibilis cum prouiſione legis, ſecus autem quando (vt in hoc caſu) eſt facultatiua, & ſic compatibilis, vt per *Surd. conſ. 34. num. 34. Rota in recent. deciſ. 392. num. 4. par. 1.* ſicuti non tollit prouiſionem legis pleniorem *Neguſ. de pign. par. 2. membr 4. num. 90. in fin. Franc. Becc. conſ. 82. num. 21. in fin. Oſaſc. deciſ. 141. num. 11.*

19 Nunc ſoluenda ſunt obiecta exaduerſo deducta circa Bulla Baronum, & primo dum dicitur, eam loqui de mõtibus iam erectis de tempore promulgationis illius, non autem de futuris. Circa hoc non immorabor, cum *Gratian diſcept. 608. per tot* pleniſſimè deduxerit, & rationibus, atq; auctoritatibus comprobauerit, dictã Bullam habere locũ etiam in futuris, & atteſtatur ità obſeruari, proùt verè abſq; vlla hæſitatione obſeruatur.

20 Secundò dicit, Bullam loqui de montibus, vbi adeſt pactum extinguendi in ipſa Erectione, ſed hoc eſt contra apertiſſima verba dictæ Bullę, quæ ſunt iſta §. 8. *Et vlterius ad extinctionem dd. Montium, et Cenſuum, ac ſatisfactionem dictorum fructuum vſque ad diem dictæ extinctionis decurſorum, ipſa Congregatio omnino deueniat, idemq. ſeruari volumus, et mãdamus quòad illos Principes, Duces Marchiones, Comites, Barones, et Domicellos, qui licet dd. fructus, ſuo tempore quotannis ſoluerint, ſupradictos tamen Mõtes, vt præfertur erectos, vel cenſus impoſitos, et venditos intra tempora in erectione ipſorum Montium, aut in impoſitione, et venditione cenſuum fideiuſſoribus promiſſa, vel alias conuenta non extinxerint, aut in futurum debitis temporibus non extinguent ſeu etiam alia pacta in eiſdem Montium erectionibus, et cenſuum impoſitionibus, et venditionibus appoſita, et aliàs conuenta, ſeu in quibuſcumque contractibus, in quibus, ſeu quorum vigore dicti Barones, et Domicelli, aut eorum Auctores, ſeu Anteceſſores debitores exiſtunt adiecta non adimpleuerint, vel non obſeruauerint, aut in futurum non obſeruabunt, ſiuè adimplebunt in toto, vel in parte, ipſa Congregatio eos ad dictorum Montium, et cenſuum integram extinctionem, et debiti ſolutionem, ac creditorum ſatisfactionem, etiamſi dies totius Montium, et cenſuum extinctionis, vel debiti ſolutionis non aduenerit, cogat, et compellat.*

Tertiò dicit, Bullam loqui de Baroni-
bus Vrbis; Ad quod reſpondetur loqui de 21
Baronibus, & Ducibus totius Status Eccleſiaſtici, vt ſunt verba clara exaduerſo non fideliter relata in §. 1. ibi *nonnullos Barones, et Domicellos noſtros, et S. R. E. ſubditos, tàm in Vrbe, eiuſq. Diſtrictu, quàm in vniuerſo Statu noſtro Eccleſiaſtico exiſtẽtes,* & §. 2. ad med. ibi, *Quorumcumque Principum, Ducum, Marchionum, et Comitum, aliorumque Baronum, et Domicellorum noſtrorum, et S. R. E. ſubditorum in Vrbe, eiuſq Diſtrictu, et in vniuerſo Statu noſtro Eccleſiaſtico exiſtentium cuiuſcumq. ſtatus, gradus, conditionis, & ordinis fuerint, &* digni-

Digitized by Google

dignitate quacumque Eccleſiaſtica, etiam Cardinalatus honore perfulgeant &c. Quæ ſine dubio comprehendunt Ducem Caſtri, vt comprobaui in prima parte Relationis *num. 22. cum plurib. ſeqq.* Non repetam iam ſcripta; Addo tantùm, quod in Bulla Pauli V. ſuper Congregatione Mõtium de menſe Septembris 1608. adſunt ampliſſima verba, ex quibus idem comprobatur, ibi, *Necnon contra omnes, & ſingulos eorumdem Montium &c. qui nũc ſunt, vel pro tempore erunt quouis nomine debitores etiamſi Principes, Duces, Marchiones, Comites, Barones, Domicelli, & etiam S. R. E. Cardinales, et alij quicumque etiam quomodolibet priuilegiati, qualificati, ac ſpeciali nota digni, qui cauſa, & occaſione fructuum* Mõ*tium &c. ſiuè eorumdem Montium extinctionem aliquod hactenus ſoluere, & adimplere tenentur, & etiam in futurum debebunt &c.*

22 Quartò dicit, Bullam prædictam tria requirere. Primo Creditores comparuiſſe coram Congregatione Baronum, & ſua mandata exequutiua præſentaſſe, & pro ſatisfactione inſtetiſſe. Secundo Commiſſarium poſſeſſionem capere debere ad vtilitatem Creditorum. Tertiò extinctionem Montium faciendam, vel tranſacto tempore, vel in caſu, quo Barones fructus non ſoluiſſent, vel alia pacta non adimpleuerint appoſita in Erectionibus montium; *Quali però habbiano il tempo preſcritto per la redentione*, ſubiungens hæc omnia ceſſare, ſed exaduerſo ſcribẽs verba illa. *Quali però &c.* ex ſuo capite confinxit, cum in Bulla nil tale legatur, ſed expreſſis, & claris verbis non conditionalibus, ſed alternatiuis in §. 8. dicitur *ſeù etiam alia pacta in eiſdem montium erectionibus appoſita, et aliàs conuenta non adimpleuerint, vel non obſeruauerint aut in futurum non obſeruabunt, ſiue adimplebunt in toto, vel in parte ipſa Congregatio eos ad dd. montium integram extinctionem, etiamſi dies totius Montium extinctionis non aduenerit, cogat, et compellat*; Duo igitur diſpoſuit, Primum circa Montes nõ extinctos iuxtà præceptum in erectione appoſitum, & hoc caſu datur facultas ſubhaſtandi, etiamſi eſſent ſoluti fructus, & alia pacta adimpleta, Secundum quando pacta non fuerunt ſeruata, vel adimpleta, & tunc datur facultas ſubhaſtãdi, etiamſi non adſit tempus præfixum extinctioni, Nàm alternatiua illa, ſeù, diſiungit, & operatur, vt ſufficiat vnum ex alternatis eſſe verum, vt per *Bart. in l. ſi quis ita 32. in fin. ff. de aur. et arg. leg. Alex. conſ. 79. nu. 5. lib. 5. Natt. conſ. 650. num. 6. Bellon. Iun. conſ. 74. num. 32. in fin. et ſeq.* vbi quod diſiungit non ſolum verba, ſed etiam ſenſum, ac ſi eſſent orationes diſtinctæ, & æquè principales *Rot. in rec. deciſ. 255. num. 4. par. 5.*

Concurrunt etiam alia requiſita, nàm bulla prædicta duas habet partes; prima de creditoribus Baronum ex alijs cauſis, & in his requirit præſentationem mandatorum, & Inſtrumentorum creditorũ. Secunda Pars eſt circa montes, & cenſus, & in his dat diuerſum modum, & ordinẽ, vt patet ex claris verbis §. 8. ſupra relatis ibi, *in præmiſſis eum ſeruari debere modum, et ordinem* &c. Neq; in hac parte requiritur præſentatio mandatorum, vel inſtantia creditorum, ſed Bulla mandat procedi capta ſummaria informatione etiam extraiudiciali, & in terminis quod tunc nõ requiratur expeditio, neque præſentatio mandatorum dixit Rota coram *Buratt. deciſ. 482. ſub nu n. 4.* 23

Et Bulla Congregationis Montium tollit omnem hæſitationem, quoniam mandat, ad inſtantiam Commiſſarij Cameræ procedi negligentibus Montiſtis, ac Depoſitarijs, conſtito igitur de non adimplemento obligationis ex parte Ducis, vt ſupra oſtenſum eſt, potuit abſque dubio procedi ad inſtantiam dicti Commiſſarij ad commodum, & vtilitatem creditorum, prout ſeruatum eſt. 24

Non

Digitized by Google

25 Non obſtat, Cameram emiſſe à Siris frumentum in dicto ſtatu Caſtri recollectum, ex cuius pretio prætēditur debuiſſe ſolui Montiſtis ſub prætextu, quod hypothecatum eſſet ipſi Duci,& Montiſtis, nàm præter quod hoc nō tollit defectum implementi circa deputationem Depoſitarij, neque etiam excuſat ab adimplemento aliorū ſupradictorū; ceſſat penitus omnis ſcrupulus, ex quo dictum frumentum pro maiori parte fuerat à perſonis priuatis per Siros proprijs eorum pecunijs emptum, & quidem cum modica portione ad Ducem ſpectāte omnino commixtum, adeout impoſſibile eſſet probare dictæ modicæ portionis identitatem, ſine qua non datur aliqua hypotheca, licèt etiam ſufficeret venditionem factam fuiſſe mercaturā exercentibus, ad hoc vt hypotheca, ſi qua eſſet, cenſeretur extincta, vt benè aduertit *Mareſcott.var.reſol.lib.*1. *cap.*24.*num.*9. ſubiungens, ita obtinuiſſe iudicari. Quinimmò Siri publicè, & palam profitebantur, & profitentur ſe fuiſſe antea, nec non etiam de tempore venditionis dicti frumēti in Cameræ fauorem factæ creditores Ducis in ſumma prædicti frumenti pretium excedente, ac etiam portionem frumenti ad Ducem ſpectantem deductis expenſis in recollectione, ac aſportatione factis ad minimam quantitatem reduci.

26 Tertia principalis inſpectio circa ordinem proceſſus, & relaxationem mandatorum indubitata eſt eorum validitas. Etenim de iuriſdictione Eminentiſſimi D. Cardinalis Camerarij euidentiſſimè conſtat in eiſdem mōtium Erectionibus, & ſignanter in Erectione primi ibi, *Et vt Montis præfati regimen, exercitiū, et adminiſtratio rectius, et fidelius geratur, et dirigatur, Dilectum filium noſtrum Petrum Aldobrandinum S.R.E. Camerarium, et ſucceſſiuè omnes alios pro tempore exiſtentes Cardd. Camerarios d. mōtis Protectores, et Adminiſtratores cum poteſtate omnes, et quaſcumque cauſas ſuper d. monte, vel ab eo quomodolibet dependentes mouendas priuatiuè quòad omnes alios Iudices cognoſcendi, et terminandi, ac omnia alia peragendi, quæ ad eiuſdem montis vtilitatem pertinere cognouerit conſtituimus etc.* Idemque ad verbum repetitur in erectione ſecundi montis. Et in Erectione vltimi eadem pariter repetuntur in perſona Eminentiſs. D.Card. Antonij Barberini.

Et ad abbundantiorem cautelam ſignata fuit ſpecialis commiſſio manu Sanctiſſimi D.N. eidem D.Cardinali directa, qui vnà cum Baronum, & Montiū Congregationibus, ac earum facultatibus, & proprijs huiuſmodi cauſas cognoſceret, ac terminaret, Itaut de iuriſdictione aliquo modo hæſitari nequeat. Et abſq; vllo prorſus fundamento opponitur de ſuſpicione, cū notiſsimū ſit, nullam ad fuiſſe cauſam ſuſpicionis. Eò magis quia Dominus Cardinalis proceſſit vnà cum Congregationibus prædictis, non autem ſola auctoritate propria, quo caſu indubitanter purgatur omnis ſuſpicio etiam in caſibus, in quibus adeſſet *auth. ſi vero contigerit C. de Iudic.* & ita ſeruare ſignaturam teſtatur *Mandoſ. de commiſſ. formula* 8. *verbo Adiunctum*. 27

Maximè verò quia nec à Monguidio, neque à Mangellio, qui pro Duce pluries comparuerunt, neque ab alijs prætenſa ſuſcipio allegata fuit in actis huius cauſæ extinctionis montium, prout de Iure requiritur *l. fin. C. de Iud.* ex quo potius apparet, nullam excogitari potuiſſe, neque poſſe inimicitiam, niſi extorqueatur ab adminiſtratione iuſtitiæ, vt in reſpōſione facti clariſſimè deductum eſt, & in tertia Parte latius deducetur. Vndè tantò minus debuiſſet relationis Auctor ſuper prętenſa ſuſpicione inſiſtere, cum explorati iuris ſit etiam in fortioribus non admitti ſuſpicionis allegationem poſt ſolū conſenſum in iuriſdictionem *l. apertiſſimi C. de* 28

iud. Natt. conſ. 152. *n.* 8. *Bero. conſ.* 16. *nu.* 27. *&* 28. *lib.* 3. *Aldobr. conſ.* 85 *num.* 17. *lib.* 1. *Rot. coram Card. Caual. deciſ.* 178. *num.* 2. *& ooram Durano pariter deciſ.* 178. *num* 2.

29 Circa perſonam Commiſſarij Cameræ comparentis certum eſt eam eſſe legitimam ex diſpoſitione Bullæ Pauli Quinti in Erectione Congregationis montium, ac etiam ex alia Baronum, dum in §. 8. mandat extraiudicialiter procedi capta informatione, quo caſu poteſt Iudex ex officio procedere nemine inſtante ſecundũ *Bart. in conſt. ad reprimendũ verb. neglexerint num.* 4. *& in fin. Cephal. conſ.* 304. *num.* 165. *& ſeqq et num.* 174. Immo cum loca mõtium concernant publicam vtilitatem, & fidẽ publica ſint munita, poteſt Commiſſarius Cameræ pro eorum adimplemento interuenire, vt fidem publicam ſuſtineat, ac etiam ex officio tunc Iudex procedere poteſt ex congeſtis per *Rip. in l.* 4. §. *hoc autem num.* 45. *ff. de damno Infecto.*

30 Perſonæ Mangelli, & Monguidij pro Duce comparentium fuerunt legitimatę, nam procura Mangelli clara eſt, cũ ſubſtitutus fuerit ad omnes cauſas per Carandinum tunc Ducis Reſidentem, & citatus in hac cauſa mandatum produxit; Vndè poſt citationem aduerſus eum exequutam ad dicendum contra, & reſponſionem factam ab eodem Mangello non potuit á Duce reuocari *Caſtr. in l. qua omnia num.* 1. *ad med. ff. de procur. Minſynger. centur.* 5. *obſeru.* 44. *num.* 5. *Gratian. diſcept.* 618. *num.* 1. *et* 2. *Put deciſ.* 8 *tit. de Procur. et deciſ.* 52. *num.* 2. *lib.* 2. *Rota diuerſ. deciſ.* 145. *nu.* 1. *par.* 1. *et coram Buratt. deciſ.* 723. *nu.* 1. *et* 2. *atque in Romana Pecuniaria* 29. *Aprilis* 1624. *corã Patriarcha Manzanedo*, & ideò inexcuſabilis eſt audacia exaduerſo ſcribentis, dum negauit, Mangellum eſſe Procuratorem Ducis.

Sic Monguidius exabbundanti citatus
31 pro Ducis Miniſtro communiter habitus & tractatus fuit, & ipſe in actis huius cauſæ vti talis comparuit, & ideò legitima fuit citatio eiuſdem in Palatio Ducis, quod pro Domicilio ad effectum citandi electum fuit in Inſtrumẽtis Erectionum montium, vt in primo Inſtrumento ibi, *Ad omnem ſolam, & ſimplicem etiam extraiudicialẽ, & minus ſolemnem dicti Sereniſſimi venditoris, vel eius Agentis, & Miniſtrorum requiſitionem, ſeù interpellationem etiam domi dimiſſa copia, ſeù in caſu abſentia ab Vrbe per audientiam litterarum contradictarum &c.* In ſecundo autem, ac tertio adeſt explicita electio Domicilij pro ſe, & ſuis Succeſſoribus in eodem Palatio:

Citationes igitur ritè exequutioni demandatæ fuerunt contra prędictos, & ad cautelam per Edictum in Acie Campi Floræ, & ad valuas Palatij eiuſdem Ducis, tàm vigore facultatis conceſſæ à Bulla Pauli Quinti Congregationi Montium, quàm etiam ex ſpeciali commiſſione Sanctiſſimi, quæ ſola ſatis ſuperque ſuffiċeret *Extrauag.* 1. *de dolo, & contum. inter communes Clem.* 1. *de iudic.* 32

Decreta autem ſuper iſtis citationibus emanata iuſtiſſima ſunt. Primum enim 7. Septembris ſub citatione ad extinguẽdum, ſeu extinxiſſe docendum Montem Farneſium nuncupatum Primæ Erectionis locorum 7150. Iuxta formam Motus proprij Clementis VIII. deſuper celebrati in termino eiuſdem Eminentiſsimus D. Cardinalis Camerarius vnà cum Cõgregatione Montium, & Baronũ decreuit, & relaxauit mandatũ pro ſcutis 400. mill. ſine præiudicio reſidui, niſi infra quinque cum intimatione, quæ facta fuit, & iuſtificatum remanet ex clariſsimis promiſsionibus in dicto Inſtrumento contentis. 33

Non obſtat prorogatio obtenta à Sanctiſsimo D. N. de anno 1632. cum enim Dux non docuerit ſe adimpleuiſſe requiſita 34

Digitized by Google

ſita illius, tàm in curando inueſtimentum pro multiplico, quàm in alijs obligationibus in Chirographo dictæ prorogationis, & Inſtrumento deſuper confecto repetitis non potuit, nec poteſt aliquo modo ſe fundare in Indulto, cuius requiſita minimè adimpleuit, cum per abuſum amittatur Indultum, & Priuilegium *cap.60. Priuilegium 11. quæſt. 3. gloſſ. in §. Interdicimus verbo abutatur. Authent. vt Iudices ſine quoque ſuffragio, et in cap. Recolentes 3. verbo cenſeri de ſtat. Monach.* Præterea narrauit Dux in vltima erectione tempus extinctionis aduenisse, quoniam tranſactum erat ſeptennium, quo elapſo ei permiſſa erat extinctio, & illam effectualiter cæpit, ac vltima Erectione cum narratiua prædicta vſus eſt, ex quibus inducta eſt etiam voluntaria renunciatio *l. 1. & 2. ff. de iur. aur. anul. vbi gloſ. verb. non retinuiſſe.*

Aliud Decretum emanauit die 24. dicti menſis Septembris ſub citationẽ ad docendum, ſe impleuiſſe omnia, & ſingula in cedulis erectionum, & obligationibus præfatis, aliàs videñ decerni, & relaxari mandatum pro extinctione omnium Montium &c. & decretũ fuit mandatum iuxta petita in citatione niſi infra 15. cum intimatione &c. quæ facta fuit, & hoc pariter iuſtificatum apertiſsimè remanet ex ſupra deductis. 35

Patet igitur euidentiſsima decretorum prædictorũ Iuſtitia, & tamen relationis Auctor abſq. vllo fundamento auſus eſt eam vocare inimicam oppreſsionem, nil mirum, quia Reis amara ſunt præcepta Iuſtiæ, vt dixit Lactantius;

Digitized by Google

Digitized by Google

PARS TERTIA.

In qua agitur de Præceptis, ſeù Monitorijs Auditoris Cameræ contra Odoardum Ducem, vt nouas munitiones demoliretur in ſtatu Caſtri: Milites dimitteret, ſeque coram eo ſiſteret, Ac de illius ſententia.

AVthor eam diuidit in quatuor articulos; Primum ſuper cauſâ, quâ nituntur dicta præcepta. Secundum ſuper eorum qualitate. Tertium ſuper pœna excõmunicationis, & Quartũ ſuper pœna rebellionis, quibus ſubnectit diſcurſum ſuper ſententia lata contra Ducem; ſed prius in facto recenſet proemium inſtrumenti celebrati inter Cameram Apoſtolicam, & Petrum Aloyſium Farneſium die 7. Martij 1537. ſuper permutatione Ciuitatis Caſtrenſis, & Oppidi Griptarũ cum Iuribus Fraſcati, & particulam notulæ inſtrumenti, iuxtà quam dicitur, Cameram conceſſiſſe eidem Petro Aloyſio Oppidum Montis Alti die 29. Maij 1535. quæ integra refertur in Summario primę partis num. 5. Narratque in Inueſtitura Ducatus Caſtri conceſſas fuiſſe Ducibus omnes facultates, & prærogatiuas, quas alij Duces tàm Pontificij, quàm Cæſarei obtinebant, ſeù poterant obtinere ex ſuis Inueſtituris; Vndè infert, quod cum Duces Vrbini facultatem habuerint muniendi, & fortificandi loca ſui Ducatus, nullâ Romani Pontificis deſuper requiſitâ licentiâ, eadem quoque videtur conceſſa Ducibus Caſtri. Verùm vt omnia ſingulatìm refellantur ſimili partitione retexenda eſt, quâ fuit contexta.

SVMMARIVM.

Nullus ſubditus poteſt de Iure communi abſque licentia Principis Caſtra ædificare, & munire n. 1. præſertim in limitaneis n. 9. neque etiam Feudatarius n. 10 eòque magis illo inuito, & iubente nouas munitiones deſtrui n. 11. Aut ſi munitio accedat ad propugnacula n. 14. Vel ſiat ad caſtrametationem n. 15. Vel ſit periculoſa, aut dedecori Principi, ſeù Ciuitati Dominanti num. 20.

Libido dominandi à munitione Caſtrorum maximum ſumit incrementum n. 2.

Non intereſt publicæ ſalutis, quod inexpugnabiles reddantur ſubiecti alterius Imperio num. 30.

Loca munita præbent materiam ſeditionis num. 40.

Nemo poteſt ſuo arbitrio conſtruere opus nouum, ſi ſit ad æmulationem alterius, vel excitet materiam ſeditionis n. 5. et de communi, quandò tendit ad muniẽdum n. 12.

Dominus locorum munitorum facilè poteſt reſiſtere ſupremo Domino n. 6.

Libertas naturalis non eſt attendenda, quandò reſiſtit ſalus publica n. 7.

Diſpoſitio l. per Prouincias 10. C. de ædific. priuat. procedit in nudo murorum ambitu, nõ in munitione ad reſiſtendum vehementiæ hoſtili n. 8.

Pro deſtructione noui ædificij ſufficit, quod adſit principium æmulationis n. 13.

Propugnacula non poſſunt erigi ſine licentia ſuperioris, etiã ceſſante æmulatione n. 14.

Caſtella nequeunt teneri ad caſtrametatio-

nem n. 15. quæ eſt, vt quis ſe tueri poſſit ab exercitu n. 16.

Ciuitates compræhenſæ in pace Conſtātiæ inita cum Federico primo, non poterant, nec intùs, nec extrà munitiones facere ſine iuſſu Principis n. 17.

Aedificia, quæ in amplitudine, et fortitudine non conueniunt formæ antiquæ, ſed nouam inducunt, ſunt prohibita, prius quàm fiant, et deſtruenda poſtquam facta ſunt, tanquam ſcandaloſa n. 18.

Vbi poteſt adeſſe ſcandalum, nihil noui eſt permittendum n. 19.

Nemo de Iure poteſt ſine iuſſu Principis exercitum comparare n. 21. ſociari vllo numero Equitum, vel peditum n. 22. Arma cogere n. 23. ſeruos, aut liberos homines in Armis habere n. 24. et Armorum mouendorum facultatem prætendere n. 25.

Ad ius ſuperioritatis pertinet delectum agere, et conuocare ad arma, iiſque interdicere n. 26. Arces munire, et in fortalitiis extructis milites apponere n. 27.

Conſtructio, & munitio locorum prohibetur in ſtatu Eccleſiæ per conſtitutionem Cardinalium Bertrandi, & Aegidij, ac quacumque ædificatio, quæ pro defenſione, vel offeſione ſpeciem fortalitiorū habeat n. 28. etiam ſi ageretur de eorum refectione n. 29.

Sub dicta prohibitione compræhēduntur munitiones factæ à Duce cum mutatione formæ antiquæ n. 30.

Declarantur conſ. Baldi, & diſtinctio Abbat. n. 31. 34. & 35.

Verba, cuiuſcunque Ditionis, & Status, compræhendunt feudatarios quantumuis maximos n. 32. etiamſi Reges n. 33.

Tria ſecundum Bald. (qui etiam refellitur) copulatiuè requiruntur, vt feudatarius, non obſtantibus Conſtitutionibus Cardinaliū Bertrandi, & Aegidij, poſſit munire n. 34.

Cardinales Bertrandus, & Aegidius habuerunt iuriſdictionem illimitatam in omnibus locis, tam immediatè, quam mediatè ſubiectis Ditioni Eccleſiaſticæ, & ſpecia-tim in Prouincia Patrimonij n. 36.

Declaratur ſenſus Rotæ in deciſionibus allegatis n 37.

Alexander Sextus ſuâ Conſtitutione primâ prohibuit, nè quis ſibi Ius dicat, & Iuſtitiam ſuæ cauſæ tueatur, coadunando arma, & armatos, ſed coram Iudice illam deducat n. 38. & dicta prohibitio procedit etiam ad tuendam, & retinendam poſſeſſionem n. 42. 46. & 49.

Dicitur, quod Dux incidit in dictam prohibitionem, quia muniuit ad euitandam executionem Iudicati pro Montiſtis n. 39. & 48.

Excedens modum in vtendo rebus ſuis, non agit honeſtè, & ſcandalum inducit n. 40. & exceſſiua ſemper tēdunt in noxam Reipublicæ n. 41. & 110.

Vbi ſubeſt eadem ratio, idem Ius ſtatuendum eſt n. 43 Et Dictio, Iuris, non ſeparat ea, quæ nexus rationis connexuit, etiam ſi caſus ſint diuerſi n. 44.

Ob identitatem rationis non fit extenſio de caſu ad caſum, ſed pariformis omnium compræhenſio n. 45.

Dictio, vel, ſiuè accipiatur pro diſiunctiua, ſiuè pro alternatiua, ſufficit, quod vna pars verificetur n. 47.

Generalis prohibitio, quod nemo ſibi Ius dicat, procedit etiam quoad poſſeſſionem retinendam n. 49.

Sixtus V. per ſuam Conſtitutionem 75. prohibuit, nè quiſquam, etiam Dux, poſſit, nec priuatìm, neque palàm excitare motus Armorum ſub pœna leſæ Maieſtatis, incurſu rebellionis, & priuatione feudorum, cum abſolutione populorum à Iuramento fidelitatis n. 50. Et per declarationem Pauli V: dicitur huiuſmodi prohibitionem indiſtinctè procedere, etiam in retinendæ poſſeſſionis, & quibuſcumque aliis caſibus, excepta tantùm cauſa vera, & neceſſaria ad vim vi repellendam cum moderamine inculpatæ tutelæ defenſionis num. 67. 68. & 69.

Dicta

Digitized by Google

Dicta Conſtitutio eſt generalitèr intelligẽda in omnibus caſibus in quibus ſit conuocatio armatorum n.68.& 99.

Oſtenditur, quod Dux inciderit in pœnas dictæ Conſtitutionis n. 51. & dicitur comprœhenſus ſub ex tàm ea voluntate, quàm poteſtate diſponentis à n.52. vſque ad 67. nec poſſe excuſari ſub prætextu defendendæ poſſeſſionis nu. 70. ſeù tuendi loca maritima nu. 71. neque ex facultate muniendi Caſtrum, quam dicit ſibi tributam in eius permutatione cũ Iuribus Fraſcati, à n. 72. vſque ad 77. Neque ex Inſtrumento conceſſionis Montis Al*t*i *à n.80. vſque ad 84. Neque ex prætenſa communicatione facultatum conceſſarum alijs Ducibus Pontificijs maioris potentiæ à num. 85. vſque ad 93. Neque ex conceſſione meri, & mixti Imperij, & ſupremâ potentiâ à n.94. per totum 107. Nec tandem ex eius bona voluntate à num. 105. vſque in finem articuli.*

Habetur pro expreſſo, quod ſub generali vocabulo continetur n. 53. quoduè colligitur ex verbis legis num.54.

Sacrilegum eſt dubitare de poteſtate Principis n.55. & qui de ea diſputat, facit ſe illi ſuperiorem, & ponit ſedem ſuam in Aquilone num.56.

Dominus per viam legis vniuerſalis poteſt derogare Iuribus feudatarijs n.57.

Princeps inueſtit ſub tacita conditione, quod minimè priuetur ſuâ ſuperioritate, vt valeat in caſibus ſibi beneuiſis limitare Iuriſdictionem translatam in Vaſſallum num. 58.

Summus Pontifex ratione directi Dominij, quod habet in aliqua Ditione, poteſt in his, quæ ſunt Iuris poſitiui, condere leges ibi ſeruandas num. 59.

Princeps poteſt iubere cuilibet Vaſſallo, quæ pertinent ad vtilitatem totius ſui ſtatus, tanquam reſeruata in quacumque conceſſione n.90.

Eſt de natura feudi, vt ſuprema Poteſtas intelligatur excepta n.61. Nec valet ab ipſo concedente diuelli num. 62.

Repræhenditur ſcholiaſter ad votum Cardinalis Seraphini num.63.

Dux Ferrariæ compræhenditur ſub lege vniuerſali lata propter bonum publicum vniuerſi ſtatus Eccleſiaſtici num.64.

Dux Caſtri, non eſt comparandus Ducibus Ferrariæ, Parmæ, & Vrbini num.65.

Explicatur Molina de Iuſtitia, & Iure n.66.

Facultas quandocumque, & quomodocumque ad libitum muniendi, non fuit conceſſa Petro Aloyſio Farneſio in Inſtrumento permutationis Caſtri cum Iuribus Fraſcati n.72. & quatenus conceſſa expirauit primâ conſtructione n. 76. Nec poterat extendi extrà caſum defenſionis ab inuaſione inimicorum Sedis Apoſtolicæ num.77.

Proœmium non facit Ius in his, de quibus diſpoſitio non loquitur determinatiuè n.73.

Quæcunque facultas quantumuis libera reſtringitur ad terminos Iuris reſpectu modi n.74. intelligitur de his, quæ fiunt ordinariè non extraordinariè n. 75. Ac *limitata limitatum producit effectum num.78.*

Principis authoritas, ac voluntas ſemper intelligitur excepta num.79.

Obligatio reficiendi Arcem *Montis* A*lti adimpleta fuit per primam refectionẽ n. 80. altera ibi retinendi ſtatis temporibus certos equites pro defenſione affidatorum Dohanæ, & Colonorum arguit crimen per exceſſum numeri, temporis, ac finis deſignatorũ in notula Inſtrumenti conceſſionis dicti loci n.81. & fuit remiſſa in erectione Ducatus Caſtrenſis num.82.*

Obligatio tuendi Oppidum Montis Alti *à deprædationibus Pyratarum non habuit facultatem muniendi cõtrà præceptum Principis num.83.*

Fines verbales obligationis ſunt diligenter cuſtodiendi num.84.

Clemens VIII. declarauit non licuiſſe Duci Ferrariæ nouas munitiones facere n.86.

Duces Vrbini non habuerunt facultatem munien-

muniendi,niſi in vltima Inueſtitura conceſſa de anno 1548.num.87.

Communicatio facultatum tributa in erectione Ducatus Caſtri non poteſt intelligi de facultatibus non adhuc conceſſis n. 88.

Imitatio verificatur dumtaxat in eo, quod exiſtit num.89.

Communicatio non porrigitur ad ea,quæ non ſine magna difficultate concedi ſolent;Ideòque indigent ſpeciali nota num.90.

Mandata ſupremi Principis, gratia conſeruandi pacem publicam, & ſcandala vitandi, à quocumque ſunt ſeruanda n.91.

Colligentes milites citrà Iuſſum Principis lædunt publicam Maieſtatem num. 92. & vſurpant ſpectantia ad ſolum Principem num.93.

Conceſſio meri,& mixti Imperij quantumuis maxima non comprehendit Ius muniendi, & armandi ſine licentia Principis n.94. vbi etiam declaratur Baldus in contrarium adductus.

Sub nomine maiorum regalium non venit Ius armandi num.95.& 97.

In conceſſione regalium, ſine ſuprema ſuperioritate,ea tantùm veniunt,quæ poſsũt abſque illa exerceri num.96.

Dux Caſtri non eſt Princeps ſupremus, & in erectione eius Ducatus expreſsè reſeruatũ fuit Sedi Apoſtolicæ ſupremum Dominium num.98.

Refertur decretum conſiſtoriale deſcriptum à Cardinale Alexandro Farneſio tunc Vice Cancellario ſuper confirmatione erectionis Ducatus Caſtrenſis cum expreſſa reſeruatione Dominij penès Sedem Apoſtolicam, & paritate Ducis Caſtri aliis Domicellis conſtitutis in diſtrictu Vrbis num. 99.

Soli Pontifici in Ditione Eccleſiaſtica competit militum copias parare num.100.

Suprema Principis poteſtas non ſeparatur per ceſſionem directi,ac vtilis Dominij n.101.

Dux Caſtri non poteſt extolli ſupra conditionem aliorum Baronum diſtrictus Vrbis num.102.

Dictio, Alii, eſt nota ſimilitudinis n.103.

Argumentum à ſimili procedit, cum ſimilitudo ſit in eo, in quo ſit comparatio, licet in aliis ſit diſſimilitudo n.104.

Parium potentia,eadem, nõ maior eſt n.105.

Paulus Tertius in erectione dicti Ducatus ſtuduit,Domum ſuam ſimilem facere Familijs Vrſinæ, Columnenſi, & Caietanæ num.106.

Referuntur plures Commiſſarij miſſi ad loca dicti Ducatus ad exercendum diuerſos actus Iuriſdictionales num.107.

Dux Ferrariæ non habebat ſupremum Dominium num.108.

Animus Ducis in muniendo, & armatos conuocando refertur ad malam partem num.109.

Dicitur fuiſſe impediendi executionem Iudicati pro Montiſtis n. 111. 114. & 119. & omninò malus apparet ex pluribus animaduerſis à n.116. per totum n.122.

Animus,talis eſſe cenſetur, qualem facta demonſtrant n. 115. Et præſumitur delicti præmeditati ex ingenti Armorum apparatu num.117.

Inutilis fuiſſet conſtructio propugnaculi, & Vallorum extrà Ciuitatem Caſtri, ac ſtudioſus apparatus in Militibus, Annona, & Armis colligendis, ſi finis dumtaxat fuiſſet cuſtodiendi Caſtrum, & Montem Altum iuxtà aſſertam obligationem num. 116.

Fortalitia nullâ neceſſitate intercedente præſumuntur facta animo nocendi num.118.

Dux mandauit bellum geri cum copijs Pontificijs num.120. & duobus ſequen.

ARTI-

Digitized by Google

ARTICVLVS PRIMVS.

Huiuſmodi breuia,& præcepta Auditoris Cameræ ſunt impreſſa Summar. littera A, & B.

INuehitur Author ſub initio huius Articuli aduersùs duo priora Breuia Sanctiſſimi, & pręcepta Auditoris Cameræ illis innixa, quibus Dux monitus fuit, vt tolleret, ac dirui faceret munitiones de nouo factas, Milites dimitteret, omniaque in priſtinum ſtatum reduceret, neuè alios milites in Ducatum Caſtrenſem induceret, opponendo defectum intentionis Sanctiſſimi; nam conatur oſtendere, Duci competijſſe Ius muniendi, & colligendi Milites ſine licentia Summi Pontificis.

Primò ex diſpoſitione Iuris cōmunis.

Secundò. Ex dicto Inſtrumento permutationis Caſtri cum Iuribus Fraſcati.

Tertiò. Ex dicta notula inſtrumenti conceſſionis Montis Alti.

Quartò. Ex Erectione,& confirmatione Ducatus Caſtrenſis, in quibus etiam aſſerit, Duci tanquàm ſupremo Domino conceſſam fuiſſe plenitudinē poteſtatis.

Vndè negat poſſe dici, quod mens Sūmi Pontificis fuerit, eidem tollendi Ius ità quæſitum, maximè propter regulam 18. de Iure quæſito non tollendo.

Poſtremò ſubdit, huiuſmodi munitiones,& præſidia non debuiſſe interprætari in malam partem, ſed in bonam, nec facta fuiſſe ad impediendum curſum iuſtitiæ, nempè executionem mandatorū, quæ relaxata fuerunt pro Montiſtis, cum agatur de re conſiſtente in Animo, qui ſoli Deo cordium ſcrutatori poteſt eſſe notus.

At rectè aſſertum fuit in primo Breui, & præcepto, quod Dux indebitè, ac de facto nullâ petitâ, ac obtentâ licentiâ muniuerit Ciuitatem Caſtrenſem, aliaſque nouitates fecerit in Sedis Apoſtolicæ præiudicium, ipſi feudatario nullatenùs permiſſas, neque huiuſmodi aſſertio poteſt redargui de intētionis defectu; nam quoad Ius commune indiſtinctè probat *Iacobus VVernherus de ganerbijs Caſtrorum diſcurſu 4. per totum*. inter Arcana ſupremæ Dominationis eſſe Caſtra, & propugnacula in ſua Ditione ædificare, & mu-
nire pro arbitrio, nec proindè vlli ſubdi- 1
to poſſe de Iure competere, cum domi-
nandi libido, quæ ſingulis ineſt à Natu- 2
ra maximum inde incrementum acci-
pere valeat: Nec publicæ ſalutis interſit,
quod inexpugnabiles reddantur hi, qui
vnius Imperio ſubeſſe debent; Nec po- 3
teſt inficiari, quin loca munita ſuâptè
naturâ præbeant ſeditionis materiam, 4
quia eorum poſſeſſores faciliùs animantur ad motus excitandos, & Arma cum maiori cōfidentiâ ſuſcipienda, & ad hoc inquit reſpexiſſe Iuris Cōſultum in *l. opus nouum 3. ff. de oper. public.* dum regulam, quod priuato liceat etiam ſine Principis authoritate facere opus nouum, limitat,
niſi ad æmulationem alterius Ciuitatis 5
pertineat, vel materiam ſeditionis præbeat, quia nullum opus latiorem Campum ſeditioni aperit, quàm noua Conſtructio, ſeù munitio Arcis, Caſtri,& Fortalitij, cum illis inhærens tutiùs reſiſtere
poſſit ſupremo Domino volenti gladio 6
vindice motos componere fluctus, ſeù Iuſtitiam exequi: Et legiſlatores prohibendo vſum Armorum, *vt patet ex l. 1. 2. & 3. §. 1. ff. ad legem Iuliam, de vi public. Nouellis Iuſtiniani 17. cap. final. & 85. per tot. ac tit. C. vt Armorum vſus inſcio Princip. interdict. ſit lib. 11.* ex eodem fine inquit interdixiſſe munitiones Arcium, & Caſtrorum, quia magnam inter ſe cō-
nexionem habent: Nec ſubdit obſtare 7
fundamētum petitum ex naturali libertate, quia non procedit, vbi publica ſalus, cui ſuprema lex ineſt, ſuadet eam

B prohi-

prohiberi: Nec poſſe in contrarium ponderari reſcriptum Honorij, & Theodoſij *in l per Prouincias* 10. *C. de ædific. priuatis*.
8 Permittētium cuilibet fundos proprios, ſeù loca ſui Dominij conſtituta murali ambitu vallare, hoc eſt muris circumdare; nam loquitur de nudo murorum ambitu ſubditis permittendo, quia prodeſt ad arcendum latrones, non autem ad reſiſtendum vehementiæ hoſtili, cuius prouiſio, & cura ſpectare debet ad ſolum Dominum ſupremum excubantem pro ſalute totius Imperij.

9 Quod in limitaneis incócuſsè procedit, quale profectò his tēporib. eſt Caſtrū reſpectu Ditionis immediatę Eccleſię Romanæ; In illis enim omnes fatentur, non poſſe vltrà ſtatū antiquum, nouas munitiones fieri, inconſulto Principe ſupremo *l. quicūque, vbi gloſ. verb. Antiquitas, Bart. in princ. Io. de Platea antè numerum primum verſ. Tamen Caſtella, & alii C. de fund. Limitroph. lib.* 11. *Io. Faber in dicta l per prouincias in princip. C. de ædific priuat. Boer. deciſ.* 320. *num.* 16. *Petra de Iure quæſit. non tollend. per Princip. quæſt* 8. *concluſ.* 5. *ſub num.* 12. *&* 13. *Andreas Knich. in Encyclopedia, cap.* 16. *num.* 126.

10 Prætereà verum, ac vſu magis receptū eſt, feudatarium non poſſe ſine Domini voluntate munire, & incaſtellare loca, quæ ab eo tenet in feudum, vt inquiunt *Io. Faber in d. l. per Prouincias num* 3. *C. de ædific. priuat.* ibi, *Non credo, quod loca, quæ tenentur in feudum, poſſint incaſtellari ſine voluntate Domini. Boer. d. deciſ* 320. *nu.* 6. *vbi loquens de ſubdito vaſſallo, dicit non poſſe in præiudicium Domini ſuperioris ſine eius voluntate ædificare fortalitium. Petra d. quæſt.* 8 *ſub num.* 10. *concluſ.* 2. *in fine, vbi dicit contrarium non ſeruari, nec eſſe verum.*

11 Idq; Supremo Dño inuito, & iubente nouas munitiones deſtrui, indubitatū eſt; Nam æmulatio tunc dicitur reſidere in promptu, *Andr. Knich. in Encyclop. d. c.* 16. *num.* 130. *verſ. Attamen*, vbi regulam exaduerſo poſitam, quod cuilibet de Iure communi ſit permiſſum in ſuo, Caſtrū, ſeù fortalitium ædificare, præterquam in limitibus Imperij, limitat non procedere inuito Superiore: Tunc enim expreſsè negat id licitum eſſe, quia æmulatio reſidet in promptu, quod pariter ex *Afflict. tradit Petra d. quæſt.* 8. *num.* 11. *verſ. ſunt tamen*, ob quam omnes negant in ſuo licere nouum opus facere, quod tendat ad muniēdum ſine Principis authoritate *l. opus nouum*, 3. *ff. de oper. public. vbi Bartol. ante num. primum, & ſub nu.* 1. *verſ. Et hoc eſt, ac in dicta l. quicumque num.* 1. *verſ. Niſi tale Caſtellum C. de fundis Limitroph. lib.* 11. *vbi idem notant omnes, & in dicta l. per Prouincias C. de ædific. priuat. Præpoſit. in cap. Ius gentium num.* 12. *verſ. Quod eſt verum diſt inct. prima. Boer. d. deciſ.* 320. *num.* 8. *Petra d. q.* 8. *in tertia concluſ. nu.* 10. *in fine, &* 11. *vbi de crebriori*; Hoc enim 12
prorsùs inexcuſabilem reddit Ducem, qui monitus à Summo Pontifice, vt demoliretur, ac omnes nouitates in priſtinum ſtatum reduceret, audita voluntate ſui Principis non parendo confeſtim. Imò contumaciter perſiſtendo in munitionibus augendis, rē ad expreſſam æmulationem redegit; Nam ſi pro deſtructione ædificij ſufficit ex *Bald. in addit. ad l. Item lapilli num.* 1. *verſ. Item de ædificio ff. de rer. diuiſ.* quod indè ſequi poſſit æmulatio, & *Boer. deciſ.* 320. *num* 8. *verſ. & intellige* declarat ſatis eſſe, quod ità ædificetur, vt ſit principium, & cauſa æmulationis; vtique eo ipſo, quod Dux certus de mente ſui Principis non deſtruxit omnia nouiter extructa, nec ſtatim eius monitis obſequens fuit, certiſſimam vetitæ æmulationis cauſam dedit. 13

Quin neque ceſſante æmulatione de Iure permittitur omnis ſpecies ædificij, & munitionis inconſulto Principe, ſed ea ſolum, quæ non accedit ad propugna- 14

cula,

cula, cum nulli fas ſit illa erigere ſine licentia Superioris, vt declarat *Aym. conſ. 518.num.19.* aſſerendo, quod liceat ſubditis Turres, & Turriculas ædificare, dummodò ad propugnacula non accedant, quæ ſine licentia ſuperioris non eſt fas erigere, Et hoc prius ſenſiſſe videtur *Bartol.in dicta l. quicumque in fine C. de fund.Limitroph.lib.11.ex eoque repetit Ioannes de Platea in rubric. C. de metat. & epid.*
15 *lib.12.* negando Caſtella poſſe nullibi teneri ad caſtrametationem, nempè ſe tuendi ab Exercitu: *Alberic. enim in l. ſecunda nu.3.C.de offic.Præfect. Prętor. Aphica quem in propoſito refert VVernher dicto di-*
16 *ſcurſu 4.n.137.verſ.veluti,* inquit Caſtrũ ſiue Caſtellum dici locum caſtrametatum, ſiue fortificatum, vt intra eum quis ſe tueri poſſit ab Exercitu, ac etiam *Baldus in cap. primo verb. Ciuitates verſ. alias autem de* Pac. *Conſtant. in vſibus feudorum cuius meminit VVernher. d. diſcurſu 4.num.*81. animaduertendo, quod Ci-
17 uitates comprehenſæ in pace Conſtantię inita cum Federico Primo, non poſſent intùs murare, nec extrà munitiones facere, niſi haberent iuſſum à Principe: Ex quo luce meridiana clariùs patet, de Iure communi nõ licuiſſe Duci noua propugnacula erigere, & loca prædicta munire ad caſtrametationem, hoc eſt ſe tuendum ab Exercitu Pontificio, cum pręſertim alia tria omninò ſuaderent ab illis abſtinendum eſſe.

Primum, quod non cõueniebant formæ antiquæ; Dux enim illam exceſſit tàm in loco, quia non ſolùm intrà ſed etiam extrà Ciuitatem muniuit: quàm in qualitate, & quantitate munitionum *Auendan.enim de exequend.mandatis regiis par.2.cap.2.ſub num.*1. inquit ædificia,
18 quæ in amplitudine, & fortitudine non conueniunt formæ antiquæ, ſed nouam inducunt, eſſe prohibita, priùs quam fiant: & vitanda, ac Iudicis officio deſtruenda tanquàm ſcandaloſa, poſtquàm facta ſunt; Nam ſcandalum ex illis præſumitur ipſo facto, & de Iure certũm eſt, 19
nihil noui, Principe inconſulto, & multò minus renuente, fieri poſſe, ſi veriſimiliter adſit materia ſcandali, rebellionis, vel ſeditionis contrà Dominum *Alberic. in d.l.per* Prouincias *in fine verſ. puto tamen ibique Io. Faber verſ. niſi præberet C. de ædific.priuatis. Boer.d. deciſ.320. num.8. verſ. vel etiam ſi materiam.*

Secundum, quod periculoſum, vel ſaltim indecens erat propè Vrbem regiam, in qua Summus Pontifex manet cum tota Curia, permittere feudatario, vt ſine illius iuſſu noua propugnacula erigeret in Ciuitate limitanea, eamque, & alia loca ſuo arbitrio militibus obfirmaret; nã *Bart.in d.l. opus nouum num. 1. verſ. ſi aliquis ff.de operib.public. cuius meminit* Prępo-
ſitus in d.cap.Ius gentium num 14. *verſ. & dicitur diſtinct.* 1. negat permittendum 20
eſſe, quod fiat munitio in aliquo loco, quæ poſſit eſſe periculoſa, vel dedecori alteri Ciuitati, vel ei, cui ſubiecta eſt, adeout nequeat tolerari ſine pudore, & verecundia; ex quo etiam *Iacobus Rebuff. in d.l.quicumque num.3.ſub fine verſ. ſi tamen* C. *de fund. Limitroph. lib.* 11. notat quod ſi eſſet dubium An poſſet periculũ Reipublicæ imminere, debet adiri ſuperior.

Tertiũ, quod Dux vltrà murales ambitus, & obuallationes locorum, milites quoque conſcripſit, & comparauit, ac arma coegit, & mouit; Neutrum enim illi potuit de Iure licere ſine authoritate Summi Pontificis. Non primum, quia 21
lege Iulia Maieſtatis tenetur is, qui iniuſſu Principis delectum habuerit, & Exercitum comparauerit, vt Martianus ait in *l.3.§.eadem lege ff.ad leg.Iul.Maieſt.* Quarè ſtatuit Zeno *in l.neminem 17.C.de re militari lib.* 12. neminem ſociari poſſe vlli numero Equitum, vel peditum, vel in quoli-

Digitized by Google

quolibet limine ſine Imperalis Numinis
23 ſacra probatoria, cuius meminit *gloſ. in d.l. 3. §. eadem verb. delectum*, inquiens neminem ſine iuſſu Principis poſſe militem eligere: Minus alterum quia lege Iulia de vi publica tenetur is, qui arma coegerit *l. 1. ff. ad leg. Iul. de vi public.* &
24 ſeruos, aut liberos homines in Armis habuerit *l. 3. ff. eodem*; Nullique prorsùs, inſcio & inconſulto ſupremo Principe
25 quorumlibet Armorum mouendorum copia tribuitur, vt ſancitur *in L. vnica C. vt Armorum vſus inſcio Principe interdict. ſit. lib. 11.* quod latius explicat *Petrus Gregor. Tholoſan. de Republ. lib. 9. cap. 1. à n. 15. vſque ad 21. & Gaill. de pace publ. lib. 1. cap. 4. ſub num. 4. & infrà*; Expedit enim publicæ quieti, & ſaluti omnium ſubditorum vni Principi, vt penes illum tantùm ſit cura Militum, & Armorum, qui-
26 bus vtraque vexari poteſt; Ideoque Ius ſuperioritatis concernit, delectum agere, & conuocare ad Arma, iiſque interdicere. *Andreas Knich. de Saxon. non prouoc. Iure cap. 5. num. 574. & 575. ac de Iure Ter-*
27 *ritorii cap. 3. num. 365.* Arces munire, & in fortalitijs extructis milites apponere *Chriſtophor. Mingius in diſput. de Superiorit. Territorial. concluſ. 76. VVernher. dicto diſcurſu 4. num. 146 & 147.* Et hinc liquet malè aſſeri, quod Dux potuerit hæc agere ex diſpoſitione Iuris communis.

28 Idem quoque illi vetitũ erat per Conſtitutiones vigentes in ſtatu Eccleſiæ, In primis enim aderat Cõſtitutio Bertrandi Cardinalis Epiſcopi Sabinenſis, qui à Clemente IV. (tunc Auenione morante) in Italiam generalis reformator, & cuſtos Ditionis Eccleſiæ ablegatus fuit, vt dicitur in *opere Ciaconiano Tom. 1. ſub vita Benedicti* II. *Anno 1333. col. 882. litt.* A. repetita per Cardinalem Aegidium, quẽ Innocentius VI. ſpeciatim in patrimonio Beati Petri in Tuſcia, alijſque Prouincijs, ac omnibus, & ſingulis Ciuitatibus, & Terris Romanæ Eccleſiæ temporaliter mediatè, vel immediatè ſubiectis infra terminos ſuæ legationis conſtituit ſuum, & eiuſdem Romanæ Eccleſiæ Vicarium, in temporalibus reformatorem, ac Pacis, & Prouinciarum Conſeruatorem generalem, *vt legitur in Conſtit. 1. Clementis* VI. §. 2. Quod ſcilicet in terris Eccleſiæ Romanæ, earumque diſtrictibus, nulla Vniuerſitas, vel Cõmunitas, vel ſpecialis perſona cuiuſcũq. cõditionis, & ſtatus exiſtat; coſtruat, vel ędificari faciat Caſtra, ſeù fortalitia, vel munitiones, ſeù Terras, vel aliqua alia ædificia, quæ communi Iudicio pro defenſione, vel offenſione ſpeciem fortalitiorum, vel Caſtrorum habeant, ſub pœna aduersùs tranſgreſſores, excommunicationis in perſonis, & interdicti in terris ipſo facto incurrendâ, vltrà alias expreſſas *libro 2. Conſtitutionum Aegidianarum cap. 45.*

Quæ non ſolum procedit in nouâ cõſtructione, ſed etiam in refectione, vt 29
inquiunt *Bald. in l. ſi vt proponis 7. num. 1. verſ. eſt argumentum C. de nuptiis, & Barbat. in addit. Albert. Brun. de Conſtit. verb. Caſtrum. Addens ad dictam Conſtitutionem Aegidianam lib. 2. cap. 45. litt.* A. Adeò vt dictum *Abbatis in c. conſuluit 7. num. 1. de Iudæis*, quod Caſtra antiqua ruinam minantia, vel corrupta, eâ non obſtante, refici poſſint, declaretur *ab Addente ad dictas Conſtitutiones ſub littera* A. *verſ. ſed illius ſupplendum eſſe*, quod huiuſmodi reſtaurat o ſit tantùm permiſſa cum Superioris licentia: Indubitanter verò com- 30
prehendit nouas munitiones factas à Duce, quia non continuerunt ſe intrà limites ſimplicis reparationis non immutatâ formâ antiquâ; ſed eam longè exceſſerunt, quo caſu etiam *Abbas in d. cap. conſuluit num. 1.* fatetur ædificium eſſe nouum, & cadere ſub dicta prohibitione. ibi, *Ità tamen vt noua reparatio non commu-*

Digitized by Google

commutet antiquam formam, nec fiat ædificium pretioſius, vel amplius, nam vbicumque mutatur priſtina forma videtur nouum ædificium, & cadit ſub prohibitione noui ædificij.

31 Nec videntur refragari duæ limitationes in contrarium adductæ. Altera quod de Iure ſecundum *Baldum conſ.* 435. *n.* 1. *vol.* 5. non impediunt feudatarium Eccleſiæ Romanæ, quominus ceſſante ratione æmulationis poſſit ædificare Arces in locis ſibi infeudatis; licet credat ſecurius eſſe impetrare licentiam, vt remoueatur omnis occaſio quæſtionis, atque *Abbas in cap. Piſanis* 14. *num.* 15. *verſ. hæc dicta de reſt. ſpoliat.* putet dictum *Innocentij in dicto cap. Piſanis ſub num.* 1. *verſ. hoc tamen*, quod non liceat incaſtellare ædificia vetera non habitata, ſicut non licet noua Caſtra facere cum iniuria, & æmulatione alterius, putet inquam indiſtinctè procedere in poſſeſſore iniuſto, ſeù tyranno; In poſſeſſore autem iuſto diſtinguendum eſſe, quod, aut vult reficere antiqua ædificia, vel habitare de nouo Caſtra inhabitata, ad Iniuriam, & æmulationem alterius, & ſit locus dicto Innocentij, quia nō licet ad huiuſmodi finem vti etiam re propria, ſecus ſi vult ſine alterius Iniuria id facere ad conſeruationem, & augumentum Patrimonij, vel honoris ſui, quia prohibitus conſtruere de nouo non prohibetur reficere antiquum ædificium iuxtà priſtinā formam.

Altera quod ſolum vigeant in locis immediatè ſubiectis, ſub prætextu, quod de illis tantùm loquantur confirmationes Sixti IV. Conſtitut. 15. & Pauli III. Conſtit. 17. & *Rota deciſ.* 27. *num.* 18. *poſt* 2. *vol. conſ. Farin.* non ſolùm neget extenſas fuiſſe ad loca mediatè ſubiecta, ſed velit etiam *deciſ.* 181. & 185 *lib.* 2. *par.* 3 *diu.* pro illarum obſeruantia inſpiciendam eſſe qualitatem ſubiectionis de tempore, quo caſus decidendus obtigit.

Etenim prima inapplicabilis eſt, etiam iuxtà opinionem Baldi, cui tamen reſiſtunt verba illa (*cuiuſcumque conditionis*, 32
& ſtatus) apta includere feudatarios quātumuis maximos, cum ſuaptè natura illos quoque comprehendant, qui alias nō comprehenderentur *cap. quamuis de offic. ordin. in* 6. *vbi hoc notant Archidiac. num* 1. *ver. conditionis*. *Io. Andr. ante num.* 1. *Gemin. ſub num.* 4. & *Franc. num.* 7. *cum aliis per Gonzalez ſuper reg.* 8. *gloſ.* 38. *num.* 1 Et
ſic etiam Reges, vt ex ſententia Rotæ firmant *Gomeſ. in proemio regul. quæſt.* 4. *nu.* 2. 33
verſic. Nam dicta clauſ. & *Gonzal. d. gloſ.* 38. *num.* 2. Nam Baldus quærit ſolum; An feudatarius poſſit ædificare Arces in
locis ſibi infeudatis per Papam, & tria 34
ſupponit. Primum ſub verſiculo ſecūdo, quod in ædificandis Arcibus vtiliter geratur negocium Eccleſiæ. Medium in verſ. quinto, quod Iuriſdictio infeudata propter malitiam ſubditorum tutè, ac commodè exerceri nequeat ſine Arce, Extremum ſub fine numeri primi, quod ceſſet ratio æmulationis, Quę prorsùs deficiunt hoc caſu; Non enim Ducis munitiones conſiſtunt in ſola Arcis ſtructura intùs Ciuitatem Caſtrenſem, ſed tranſgreſſæ ſunt mænia ad erectionem noui propugnaculi, & vallorum, nec ſolo ambitu murali continentur, & coercentur ad tutum, & commodum Iuriſdictionis exercitium in ſubditos, ſed foris exurgunt ad caſtrametationem ſubditis grauem, finitimis periculoſam, & ſupremo Domino, cui Dux lege fidelitatis erat ſubiectus, ſeditioſæ rebellionis indicem; Vndè nequit aſſeri, quòd in eis fuerit vtiliter geſtum negocium Eccleſiæ Romanæ, habituſque finis tutè exercendi Iuriſdictionem in ſubditos, quodue ceſſet ratio æmulationis, dum illam omni ex parte præſeferunt.

Nec itidem poteſt eis adaptari diſtin- 35
ctio Abbatis, cum quia non ſtant intra

C fines

fines refectionis antiqui ædificij iuxtà priſtinam formam, de qua ſolùm ipſe loquitur; Tum quia non tendunt ad conſeruationem proprij honoris ſine alterius iniuria, ſed antiquam, ac priorem formam excedendo, cũ deſtinatione ad vſum caſtrametationis inſolitę, derogant ſuperioritati Sedis Apoſtolicæ, & Romani Pontificis, cui profectò eſſet indecens ſinere, quòd vaſſallus beneficiarius in limitaneis propè Vrbem, in qua reſidet, ità ſe muniat, ac fortificet.

36 Secunda verò exploditur ponderando Nos verſari in terminis comprehenſionis ſub dictis Conſtitutionibus Cardinalium Bertrandi, & Egidij, quia vterque omnimodam Iuriſdictionem habuit pro Eccleſia Romana in Prouincia Patrimonij Beati Petri in Tuſcia, vbi ſita ſunt Ciuitas Caſtri, Oppidum Montis Alti, & Pons Abbatiæ tunc immediatè ſubiecta Sedi Apoſtolicæ; Ille quidem à Clemente Sexto. Hic ab Innocentio Sexto; Neque eorum Iuriſdictio limitata fuit ad loca immediatè ſubiecta, ſed ampliſſimè conceſsa in omnibus, & ſingulis Ciuitatibus, & Terris eiuſdem Romanæ Eccleſiæ temporaliter mediatè, vel immediatè ſubiectis, vt literaliter exprimitur in §. ſecundo dictæ Conſtitutionis primæ Innocentij Sexti, ibi, *Te in Patrimonium Beati Petri in Tuſcia, Ducatu ſpoletano, Marchia Ancona, Romandiola, Campanea, Maritima, Prouincijs, ac omnibus, & ſingulis Ciuitatibus, & Terris eiuſdem Romanæ Eccleſiæ temporaliter mediatè, vel immediatè ſubiectis infrà terminos legationis tuæ, vt pręmittitur noſtrum, & eiuſdem Romanæ Eccleſiæ Vicarium in temporalibus reformatorem, ac pacis, & Prouinciarum Conſeruatorem conſtituimus generalem*, quicquid perperam Impreſſoris vitio dicatur in Titulo, quod etiam agnouit Leo Decimus in Concilio Lateranenſi *ſeſſ. 9. in reformat. Curiæ, & aliorum verſ. ad bonum,* dum generaliter, & indiſtinctè ad bonũ, & quietum regimen Ciuitatum, & locorum omnium Romanæ Eccleſiæ, præcepit inuiolabiliter ſeruari Conſtitutiones dicti Cardinalis Aegidij, non autem verſari in terminis extenſionis elicitæ ex dictis Cõſtitutionibus Sixti IV. & Pauli III. quorum primus *dicta Cõſtit.* 15 §. 2. & 12. non ſolum iuſſit Conſtitutiones Prouinciales in vnum volumen in ſex libros diſtinctum collectas, & redactas à Cardinale Aegidio firmiter obſeruari in Prouincijs; ſed etiam illas extendit ad Vrbem, & alia loca ſpecialis commiſſionis; Alter verò *d. Conſtit.* 17. §. 4. confirmauit, & ſimilem obſeruantiam indixit in Vrbe, Prouincijs, & locis ſpecialis commiſ-
ſionis, quam extenſionem Rota cenſuit 37
reſtrictam eſse ad immediatè ſubiecta habita ratione temporis, quo caſus decidendus emergit; Vnde liquet ineuitabilem eſse comprehẽſionem Ducatus Caſtrenſis ſub antedicta prohibitione Cardinalium Bertrandi, & Aegidij, quia eſt in Prouincia Patrimonij, cui vterq; pręfuit illimitatè, tàm ſcilicet quoad loca immediatè, quàm mediatè ſubiecta; Nec proindè refert, quod dicta confirmatio Pauli Tertij emanauerit poſt erectionem Ducatus præfati, & ſic tẽpore ſubiectionis mediatę, quia (vt dixi) non agitur de confirmatione extenſi ad ſola immediata, ſed comprehenſi ab initio ex vi iuriſdictionis æqualiter complectentis etiam mediata.

Vigebat etiam Cõſtitutio prima Ale-
xandri Sexti, qui vt Ciuitates, Terræ, & 38
loca Romanæ Eccleſiæ mediatè, vel immediatè ſubiecta turbationibus, & ſcandalis quibuſcũque ſemotis in pacis amęnitate, & quietis tranquillitate valeant conſeruari, ac nemo ſibi Ius dicere, & Iuſtitiæ limites tranſgredi inordinata voluntate præſumat, ſed quod ſibi credit competere coram Iudice, Iuſtitiam red-

dente proſequatur, Ducibus in ſpecie prohibuit ſub pœna excommunicationis maioris, priuationis omnium priuilegiorum, dignitatum, officiorum, Dominiorum, ac feudorum, & declaratione pro Rebellibus cum abſolutione omnium ſubditorum à Iuramento fidelitatis, nè exercitum, ſeù alias coadunationes quauis occaſione, vel cauſa facere, vel mouere præſumat, ſed quilibet ius ſuum pro-
39 ſequatur coram Iudice competente, quoniam dicta Conſtitutio adamuſſim conuenit Duci, qui ſtatim, ac primum Nuncium habuit de inſtantia nomine Montiſtarum paratâ pro mandatis executiuis ſuper dote Montium, animum conuertit ad militarem defenſionem, muniendo Caſtrum, colligendo Arma, Annonam, ac Milites, eiſque etiam præter ſolitum morem obfirmando Montem Altum, ac Pontem Abbatiæ, qui exceſſus in malam partem ſumi debet iuxtà regulam, quam latè firmat *Auendanus de exequen. mandat. reg. part. 1 cap. 14. num. 3. verſ. cum ergo*
40 *exceſſiuum*, quia excedens modum in vtẽdo rebus ſuis non agit honeſtè, & ſcandalum inducit *Auendan. d. cap. 14 num. 1.*
41 *poſt med. verſ. ex iſta ratione*, ac ſemper exceſsiua tendunt in noxam Reipublicæ *Auendan. d. cap. 14. num. 3. in princip.*

Nec dici poteſt, quòd ſolum procedat in coadunantibus armatos ad inuadendum poſſeſſa ab alijs, quæ ipſi prætendũt ſibi competere; non autem ad tuendum,
42 & retinendum ea, quæ poſſident; Nam dicta ratio conſeruandi loca mediatè, & immediatè ſubiecta in pace, quiete, & concordiâ expreſſa in proemio, & repetita in §. primo æquè militat in coadunantibus ad vtrumque effectum, cum extraordinaria Militum, & Armorum collectio per ſe publicam pacem, & quietem perturbet, nec ſinat loca, in quibus retinentur, & alia finitima earum amænitate frui, ac ſupremum Principem, cui Iure dictæ ſuperioritatis eſt omnium ſubditorum ſalus, & cuſtodia ſpeciatim commiſſa, vacare iuſto timore, nè lædi, aut perturbari poſſint; Quoniam nulla ratione magis id fieri valet *Petr. Gregor. Tholoſan. de Republic. d. lib. 9. cap. 1. num. 19. & Andreas Knich. in Encyclop. d. cap. 16. nu. 18. verſ. Nuncium* dicentes Armorum Ius, & curam ſpectare ad ſupremum Principem gratia conſeruandi publicam ſalutem, quia nulla alia magis ratione ſubuerti, aut ſaltèm lædi, & turbari poteſt, quàm libero Armorum permiſſu: Vbi 43
enim ſubeſt eadem ratio, idem Ius ſtatuendum eſt *l. illud, ff. ad leg. aquil. Dec. conſ. 301. num. 6.* cum Teſte *Bald. in cap.* 44
quia circà finem de Iudicijs dictio Iuris non ſeparet ea, quæ nexus rationis connèxuit, etiamſi caſus ſint diuerſi, quia eadem ratio ſub ſe diuerſas earum ſpecies comprehendit *ex notatis à Petro, & Cyno in l. iura C. de legibus. Surd. conſ. 553. num. 28. in fin. & 29 vol. 4.* Nec propterea dicitur ob illius identitatem fieri extenſio de caſu ad caſum, ſed pariformis omnium com- 45
prehenſio *ex latè congeſtis per Tiraquell. in l. ſi vnquam verbo libertis num. 45. C. de reuoc. donat. & de retract. lignager. §. 1. in princ. num. 2. Surd. d. conſ. 553. num. 43. in fine & 44.* Inſuper in §. ſecundo Duc- 46
bus prohibetur huiuſmodi coadunationes facere, vel mouere, & hoſtiliter loca inuadere, vel etiam retinere; Nimirum ſi hanc legem offendũt, etiam hi, qui eas faciant ad effectum retinendi, non inuadendi, ſiue illa dictio, vel, accipiatur pro 47
diſiunctiua, cuius natura eſt tam ſenſum, quàm verba diſiungere *l. 1. §. ſublata, ff. ad trebell. l. generali, C. de Sacroſanct. Eccl. l. cũ quidam, C. de verb. ſignif. Bart. in l. ſi quis ità, ff. de aur. & arg. leg. Surd. conſ. 339. num. 6. in fin. & 7. vol. 3.* ſiue pro alternatiua, quia alternat diuerſa *ſecundũ gloſ. et Doct. in l. vbi pactum, C. de tranſact. gloſ. in rubr. C. ſi ager. vectigal. vel emphit. pet.*

Surd.

Digitized by Google

Surd. d. conſ. 339. *num.* 8. ſufficitque alte-
ram eius partem verificari. *l. is qui ducen-
ta.* §. *vtrum vbi Bart. et alij, ff. de reb. dub.
Rip. in c. inter cæteras num.* 24. *de reſcript.
Surd. d. conſ.* 339. *num.* 10.

Imò nec deficit alia conſideratio di-
ctæ conſtitutionis, quod nemo ſibi Ius
dicere, ac Iuſtitiæ limites tráſgredi inor-
dinata voluntate præſumat, ſed quod ſi-
bi credit alteri aduerſus alterum fortè
competere coram Iudice iuſtitiam red-
48 dente proſequatur; nam Dux veritus non
poſſe coram Iudice competente, via Iuris
ſe tueri aduerſus Montiſtas, & Commiſ-
ſarium Cameræ volentem agere eorum
nomine pro extinctione Montium ex ca-
pite non implementi, militibus, & armis
collectis voluit ſibi ius dicere ſuper reté-
tione Caſtri, & aliorum locorum, quæ
muniuit aduersùs legitimam executioné
in eis faciendam iudiciali authoritate;
49 generalis enim prohibitio, quod nemo
ſibi ius dicat, procedit etiam quoad poſ-
ſeſſionem retinendá *l.* 1. *iuncta gloſ. verb.
debere in princip. C. nè quis in ſua cauſa iu-
dicet vel ſibi Ius dicat.*

50 Pariter exiſtebat conſtitutio 75. Sixti
Quinti, qui, vt Armorum tumultus, &
& ſeditionum turba, ac ſtrepitus in tem-
porali Dominio Eccleſiæ Romanæ om-
ninò conquieſcant, & Sedes Apoſtolica,
cui Summi Reges, & Principes debitam
obedientiam, ac reuerentiam pręſtant,
eamdem magis exigat ab ijs, qui ipſius
Regimini in temporalibus ſubiecti ſunt,
nec alium Principem, præter Romanum
Pontificem agnoſcunt, ſtatuit, nè quiſ-
quam etiam Dux ſub prætextu manute-
nendæ poſſeſſionis, tuendique Ius ſuum,
vel quouis alio colore Militum copias
cogere, comparare, vel ducere, neuè Po-
pulos, vel ſingillatim ſingulares perſo-
nas, publicè, aut priuatim, palàm, vel oc-
cultè ad arma conuocare, conclamare,
concitare, neque armatorum manus, cæ-
tus, conuentus, ſeù illicitas, & tumultuo-
ſas collectas facere, aut aliquid huiuſmo-
di per ſe, vel alium moliri, aut machina-
ri audeat, vel pręſumat ſub vero reatu
lęſæ Maieſtatis, incurſu rebellionis, pri-
uatione omnium priuilegiorum, Duca-
tuum, aliorumque locorum, iuriſdictio-
num, dignitatum, & officiorum, cum ab-
ſolutione omnium Populorum, & Subdi-
torum à Iuramento fidelitatis, & appli-
catione Ducatuum, ac reliquorum Do-
miniorum, bonorum, ac Iurium, Fiſco,
& Cameræ Apoſtolicæ ipſo facto ſine ali-
qua declaratione, etiam in præiudicium
filiorum, & aliorum deſcendentium cō-
prehenſorum in Inueſtituris, & alijs con-
ceſſionibus, perindè ac ſi per lapſum té-
poris, ac lineam finitam eſſent ad illam
deuoluta; Dux enim longè maiora moli- 51
tus fuit; Imò nec poſt iudicialem moni-
tionem dictam obedientiam ac reueren-
tiá Sūmo Pontifici exhibuit (vt par erat)
dimittendo Milites iàm contra dictam
legem côllectos, & demoliendo nouas
munitiones propria authoritate perpe-
ram factas.

Vanumque prorsùs eſt dictam Con-
ſtitutionem non comprehendere Duca- 52
tum Caſtri defectu voluntatis, & poteſta-
tis, illa enim clara lectione probatur,
quia in §. ſecundo expreſsè meminit de
vniuerſis, & ſingulis Ducibus quacumq;
dignitate fulgentibus, & in §. tertio ſup-
ponit eos præeſſe Populis, & Ciuitatibus,
ac habere Dominia, quæ maioribus tan-
tùm conuenire ſolent, Imò quatenus in
§. ſecundo excipit caſum tuendi pericu-
loſis temporibus aduerſus Turcas, & Pi-
ratas loca maritima ſita in littore Maris
Tirrheni, videtur expreſsiſſe Ducem Ca-
ſtri, qui ibidem poſsidebat Montem Al-
tum, eiuſque oram maritimam latè dif-
fuſam, ac propterea illorum incurſioni-
bus patentem; habetur enim pro expreſ- 53
ſo, quod ſub generali vocabulo contine-

tur

54 tur *Anchar. conſ.* 393. *num.* 2. ac ex verbis legis colligitur *Ruſtic. in l. cum Anus de condit. & demonſtrat lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 29. *qui alios refert*; vltrà quod Paulus Tertius Ducem Caſtri non diſſimilem fecit ab alijs Domicellis exiſtentibus in diſtrictu Vrbis, vt inferius patebit.

55 De poteſtate verò ſacrilegum eſt dubitare *l ſacrilegij inſtar C. de diuerſ. reſcript. l.* 2. *C. de crimin. Sacrileg. Ceual commun. contra commun. quaeſt.* 906. *in princip. Andreas Knich. de veſtiturarum pactionibus par.* 3. *cap.* 2. *num.* 82. *in fine, & ſequen.* nam

56 qui diſputat de poteſtate Principis facit ſe illi ſuperiorem, & ponit ſedem ſuam in Aquilone, tentando eſſe ſimilem Altiſſimo *Bald. conſ.* 359. *num.* 1. *verſ. prætereà executo vol.* 1. *Aym. conſ.* 241 *num* 3. nec proindè poteſt aſſeri, quod conſtitutio emanata poſt erectionem Ducatus non valuerit prçiudicare Iuribus Ducis ob inuiolabilem naturam feudi ex parte Domini, dùm Vaſſallus permanet in debita

57 fidelitate; nam prætermiſſo, quod per viam legis vniuerſalis poteſt eis derogare ſecundum *Bald. in l. final. verſ. non audeo ff. de Senator.* dicentem, quod facta conceſſione, & translato Dominio rei conceſſæ, poteſt à Principe opponi conditiò, non ex vi contractus, ſed ex vi legis, quoniam omnis legis poteſtas eſt in pectore ſuo, quod repetit *Albertus Brunus conſ.* 1. *num.* 41. *poſt med. verſ. & quod voluit cum ſequen. lib.* 1. cui accedunt *Martinus Laudenſis de Principe quaeſt.* 72. *verſ. ſed an legis tractat. tom.* 16. *fol.* 205. *à tergo* aſſerens Ciuitatem ſeparatam à Regno ligari nouis decretis, & legibus ratione Imperij, quod Rex penes ſe retinuit, dum illam ſeparauit, & infeudauit *Boſſ. tit. de for. competen. num.* 49. *Foller. ſuper pragmat. cenſuali verbo & ſubmiſſiones num.* 19. *Anton. Sola ad Conſtitutiones antiquas Sabaudiæ ſub decreto ſubditos noſtros gloſ.* 1. *num.* 11. *verſ. vltrà quod. Capoblanc. de authorit. Baronum tom.* 2. *cap.* 12. *num.* 10. *verſ. Item ſimiliter*, quorum opinionem in practica ſeruari teſtatur *Maſtrill. de Magiſtratibus lib.* 6. *cap.* 16. *num.* 248. Nec dicitur præiu- 58
dicare Iuri quæſito per conceſſionem Vaſſallo, quia dum Princeps aliquem inueſtit, cenſetur id facere ſub tacita conditione, quod minimè priuetur ſua ſuperioritate, & alto Dominio, in eo conſiſtéte, quod poſſit in aliquibus caſibus ſibi beneuiſis limitare, & moderari Iuriſdictionem translatam in Vaſſallum ad tradita per *Cancer. var. reſolut. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 317. & 318. *Capoblanc. de authoritate Baronum tom.* 2. *d. cap.* 12. *num.* 9. *verſ. quia reſpondetur, & cap.* 37. *num.* 21. *verſ. ſemper enim, qui alios referunt*. Adeòut *Afflict. in Conſtit. regni lib.* 3. *rubr.* 22. *conſtit. incipien. poſt mortem num.* 4. *verſ. & quis dubitat ſi Papa*, dixerit, neminẽ poſſe du- 59
bitare, quin Papa ratione directi Dominij, quod habet in aliqua ditione, poſſit in his, quæ ſunt Iuris poſitiui condere leges, & conſtitutiones ibi ſeruandas, quia habet liberam poteſtatem diſponendi per viam legis.

His inquam prætermiſſis reſpondetur 60
Principem Iure dictæ ſuperioritatis, & Alti Dominij abſque dubio poſſe iubere cuilibet Vaſſallo, ac in eius Territorio diſponere ea, quæ pertinent ad commune bonum, & vtilitatem totius ſui ſtatus, qualis profectò eſt materia dictæ Conſtitutiouis, nam hæc omnia ſemper cenſentur reſeruata in quacumque conceſſione, vt fatetur *Petra de Iure quæſito non tollendo per Principem cap.* 9. *nu.* 4. *in fin. verſ. quia cum ſequenti*. Et meritò quia non eſt diſueſtire vaſſallum ſine culpa, ſed ditionem illi conceſſam ponere ſub lege Iuſtitiæ, & æquitatis, vt rectè in propoſito reſpondet *Bald. conſ.* 333. *num* 1. *circa finem verſ. reſpondeo volumine primo*, quem præ cæteris ſequuntur *Brun. dicto conſ.* 1. 61
num. 43. *verſ pro qua concluſione lib.* 1. &

D Cephal.

Cephal. conſ. 12. *num.* 29. *vol.* 1. animaduertendo, quod hoc poſſe ineſt à natura cuiuſcumque feudi, & conceſſionis, cum ſuprema poteſtas ad hoc ſemper intelligatur excepta, nec valeat ab ipſo concedente diuelli, alias enim Princeps diceretur homicida dignitatis ſuæ ſecundum
62 *Baldum in cap. licet cauſam ſub nu.* 7. *verſ. Item non poteſt de probationibus, & Andr. Knich. de Saxon. non prouocan. Iur. cap.* 15. *num.* 13. *in verſ. vtrumque.*

Nec Seraphinus *in voto impreſſo deci-*
63 *ſione* 61. *poſt* 2. *volum. conſil. Farinac.* dicit huiuſmodi conſtitutionem, non comprehēdere eos, in quos alienata ſunt feuda maiora, ſed Scoliaſter ſub littera E. & perperàm, cum in eis quoque militet dicta ratio ſuperioritatis inabdicabilis à ſupremo Principe, qui propter bonum publicum vniuerſi ſui ſtatus ferre poteſt legem vniuerſalem cōprehenſiuam æqualiter omnium, & ſic etiam obtinentium
64 feuda maiora, vt de Duce Ferrariæ notat *Petra d. tractatu cap.* 3. *quæſt.* 4. *num.* 66. inquiens, teneri versùs Eccleſiam Romanam ad omnia, ad quæ alij Vaſſalli tenētur ergà Dominum, quia Papa cenſetur in Inueſtitura ei conceſſâ ſibi reſeruaſſe ea, quæ concernunt dictam ſuperioritatem. Prætereà Dux Caſtri æquiparatus
65 alijs Domicellis diſtrictus Vrbis (vt infrà) non videtur comparandus vti Dux Caſtri Ducibus Ferrariæ, Parmæ, & Vrbini expreſsis in dicta Apoſtilla, Nec *Molina de Iuſtitia, & Iure par.* 1. *diſput.* 10. *col. penult. verſ. illud.* Quoad magnates Italiæ
66 poſt Victorinum, & Caſtrum, vllum diſcrimen facit ſuper iure mouendi Arma inter feudatarios maioris, & minoris potentiæ, ſed ſolum *in verſ. ſed illud* ait hoc quoad magnates Italiæ, & Germaniæ nō pendere ex nomine Ducum; ſed ex modo regiminis; nam ſi legitimo titulo nulli alteri parent, dicit habere Ius indicendi bellum, idemque ſi alteri pareant; ſed legitimâ conſuetudine, vel ſpeciali priuilegio dictum Ius nacti ſint, quibus proculdubio caret Dux Caſtri, aliorum conditionem non excedens.

Nec pariter obſtat, quod dicta Conſtitutio non prohibeat armatos conuocare pro manutenenda poſſeſsione, à qua nunquàm fuerit aliquis deiectus; ſed ſolum quando illa fuiſſet per vim adepta, vel recuperata iuxtà declarationem *Farinacij in additionibus poſtremò aditis ad quæſt.* 113. *num.* 148. 151. 160. & 174. vbi exaduerſo dicitur melius explicare
quæ ſcripſerat *conſ.* 65. *vol.* 1. nam ſtandū 67
eſt illius declarationi factæ per Paulū V. in Conſtitutione incipien. *Alias &c.* impreſſâ per Laertium Cherubinum in Cōpendio Bullarij pagina 133. col. penult. ſub § 3. Quod ſcilicet indiſtinctè locum habeat, in retinendæ poſſeſſionis, & quibuſcunque alijs caſibus, excepta tātummodò cauſa vera, & non ficta, ac neceſſaria ad vim vi repellendam cum moderamine inculpatæ tutelæ defenſionis, &
meritò quia erat generaliter intelligen- 68
da in omnibus caſibus, in quibus fieret conuocatio Armatorum, vt rectè ponderauit *Io. Baptiſta Spada ſenior, Fiſci, & Cameræ Apoſtolicæ Aduocatus conſil* 229. *nu.* 1. *inter conſil. Farinacij vol.* 3. animaduertendo *ſub num* 3. *verſ. & ponderando* non conſideraſſe in prohemio, qualis ſit cauſa qua quis mouetur ad conuocandos homines armatos; ſed ſolum ponderaſſe malos euentus, & ſcandala, quæ exindè procedere ſolent in publicæ quietis per-
turbationem: Item generaliſſimè loqui 69
ſub num. 4. *verſ.* 2. *moueor cum ſequen.* per verba, quæ nullâ ratione valent reſtrin-
gi; Vltrà quod tantùm abeſt Ducem poſ- 70
ſe pœnam dictæ Conſtitutionis effugere ſub colore, quod arma, & milites coadunauerit pro defenſione poſſeſſionis, à qua nunquàm fuerat deiectus, quin maximè crimen ſuum auget tacitè fatendo,

id

id egiſſe, vt illicitam defenſionem pararet aduersùs apparitores Iuſtitiæ acceſſuros pro executione mandatorum, quæ de Iure petebantur nomine Montiſtarum; Vndè liquet inapplicabilem eſſe exceptionem dictæ declarationis Pauli V. loquentem de vera, & non ficta, ac neceſſaria defenſione ad vim repellendam, quia Iudex exequendo iudicatum non dicitur inferre vim, ſed Iuſtitiæ legem perfectè implere.

71 Nec demum ex ſitu Montis Alti propè lictus maris, Duci ſuffragatur exceptio dictæ Conſtitutionis in §. 3. quod liceat armatos vocare ad tuenda, & propugnãda loca maritima temporibus periculoſis aduersùs Turcas, & pyratas, quia non poteſt ad illam referri munitio Caſtri diſtantis à mare ſuprà decem mille paſſus, & inſueta militum armorum, & Annonæ collectio ibi facta tempore, quo nulla Turcarum, vel Pyratarum inuaſio timebatur, ſed ſola Montiſtarũ executio imminebat; Ideòque ſemper viget cauſa delicti, inexcuſabilis vllo colore.

72 Quo verò ad Inſtrumentum Caſtri cũ Iuribus Fraſcati, animaduertendum eſt quod licet in eius proemio dicatur ca ruiſſe arce, muris, propugnaculis, & cuſtodibus neceſſarijs ad euitandam occupationem; non tamen indè ſequitur Petro Aloyſio, & ſuis, in eo conceſſam fuiſſe liberam facultatem quandocumque, & quomodocumque ad libitum muniendi intùs, & extrà ipsã Ciuitatem, & quot quot Milites ibi mallent colligendi, non ſolùm inconſulto Summo Pontifice, ſed

73 contrà eius voluntatem. Omiſſo enim quod proemium non facit Ius in his de quibus diſpoſitio non loquitur determinatiuè ſecundum *Bald. conſ. 449. num. 4. vol. 3.*

74 Reſpondetur primò, facultatem quantumuis liberã reſtringi ad terminos Iuris reſpectu modi *l. ſi quando 35. vbi notatur C. de inoffic. teſtam.* & ſolum intelligi de his, quæ fiunt ordinariè, non autem de 75
his, quæ fiunt extraordinariè *l. Seio 10. §. medico vbi Bartol. in princ. & num. 3. ff. de annuis legatis cum alijs plena manu relatis à Pelaez de maioratu in ſecunda parte initij num. 225. & ſequen. ac num. 235. verſ. ex quibus, ac infra.* Nec propterea poſſe aſſertam facultatem gratis ſuppoſitam ab Authore, trahi ad dictam munitionem extraordinariam cũ exceſſu, ratione modi, ac numeri Militum.

Secundò, eam, quam Dux elicere poſ- 76
ſet ex dicto proemio, verificabilem eſſe tantùm in prima conſtructione, quæ iam pridem expleta fuerat, nec propterea poterat amplius exerceri *iuxtà regulam l. Boues 89. §. hoc ſermone ff. de verb. ſignific.*

Tertiò, verba dicti proæmij loqui de ſola defenſione Ciuitatis ab inuaſione 77
inimicorum Sedis Apoſtolicæ, cum dicat in perſona Petri Aloyſij primò inueſtiti. *Qui valeat eam cuſtodire, ſeruare promptèq. defendere ab omni occupatione,* Et ſic minimè adaptari dictæ munitioni inſolitæ, quæ retenta fuit contra expreſſam mentem Summi Pontificis, cum limitata cau- 78
ſa limitatum producat effectum *l. in Agris ff. de acquiren. rer. domin. cum concordantibus;* Et Principis authoritas, ac voluntas ſemper intelligatur excepta *c. dudum, §.* 79
Nos igitur de preben. in 6.

Neque in notula Inſtrumẽti cõceſſionis Mõtis Alti quicquã continetur, quod 80
Ducis cauſam iuuare poſſit, nã obligatio reficiendi Arcem adimpleta fuit antiquâ illius refectione: Altera ibidem retinẽdi præſidium viginti equitum pro tuitione, & defenſione Affidatorum Dohanæ 81
tempore, quo inibi permanerent, & poſt eorum receſſum in reliqua parte Anni, octo equitum pro tuitione Colonorum dicti loci, & frumentorum, ac bladorum collectione tempore meſſis, contrarium probat, dum certum numerum, tempus,

ac

ac finem deſignat, quiâ eorum exceſſus
82 crimen arguit: Vltra quod huiuſmodi
obligatio cum alijs remiſſa fuiſſet in ere-
ctione Ducatus Caſtrenſis (ſi poſſet dici,
quod includeret etiam Oppidum Mõtis
Alti) quarè, nec propterea Duces eam
poſtea numquàm ſeruarunt; Ex tertia
autem tuendi, & defendendi dictum Op-
83 pidum cum eius Territorio ab inſultibus,
violentijs, & deprædationibus Pyratarũ,
& Infidelium, non poteſt deſumi aſſerta
facultas muniendi ad alium finem, ac
milites ibi retinendi contrà præceptum
84 Principis, cũ nulla obligatio poſsit egredi
ſuos fines verbales *Bald. in cap. venerabi-
lem num. 15. verſ. ſciendum de electione
Mantic. de tacit. lib. 3. tit. 11. num. 14. &
tit. 15. num. 6.*

85 Minùs aſſerta facultas erui poteſt ex
dicta erectione, & confirmatione Duca-
tus Caſtri, ſiue cõſideretur communica-
tio facultatum, poteſtatum, & aliarum
prærogatiuarum, quibus alij Duces quã-
tumcumque magni, & maximi, tàm Pon-
tificij, quàm Imperiales de Iure, conſue-
tudine, priuilegio, vel alias quomodoli-
bet, & qualitercumque vtebantur, po-
tiebantur, & gaudebant, ac vti, potiri, &
gaudere poſſent quomodolibet in futu-
rum: Siue conceſsio dicti Ducatus cum
pleno in temporalibus Dominio, ſupre-
mâque, & omnimodâ etiã meri, & mixti
Imperij, ac quacumque gladij poteſtate,
& vniuerſali Iuriſdictione, & illorũ exer-
citio, ex quo infert Author, Ducem po-
tuiſſe ſuum ſtatum munire, non ſolum
quia eſt infeudatatus de mero, & mixto
Imperio; ſed potiſsimè quia ex tranſla-
tione dictæ plenitudinis Dominij, & iu-
riſdictionis eum figurat eſſe Principem
ſupremũ, ac vti talem poſſe ibi Iure præ-
tenſæ ſuperioritatis dictas munitiones fa-
cere, eaſque militibus adornare.

86 Siquidem primæ ponderationi reſpõ-
detur, nullum Ducem ex Pontificijs tunc
habuiſſe Ius muniendi, & milites colli-
gendi ſuo arbitrio, nàm contrarium in
Duce Ferrariæ, qui omnium maximus
erat, declarauit Clemens VIII. in literis
cenſurarum contra Cæſarem Aeſtenſem
ſub §. cum autem ibi, *Quinimo Ciuitates,
Terras, Caſtra, loca, Fortalitia, atque alia
præfatis Militibus atque Armis diligentius
inſtruxerit: commeatum comportauerit: Fer-
rarienſis Dictionis fines, quæ maximè Statum
noſtrum immediatè nobis, ac Sedi, & Ca-
meræ prædictæ ſubiectum pertingunt, præſidijs
firmauerit, atque etiam ageribus, & Vallo
de nouo communiuerit, quod ex forma inue-
ſtiturarum etiam legitimis, & veris Duci-
bus minimè licuiſſet*; Neque talem faculta-
tem obtinebat Dux Vrbini in prioribus 87
erectionibus ſui ſtatus factis in Titulum
Ducatus à Sixto IV. vel Iulio II. vt po-
tuerit communicari Ducibus Caſtri, &
quamuis in vltima Anni 1548. eidem
fuerit conceſſum, vt nullâ requiſitâ licẽ-
tiâ poſſet munire, & fortificare Ciuitates,
Terras, Caſtra, & loca ſui Ducatus; non
tamen hoc poteſt dici communicatum, 88
quia verba ſuperiùs relata loquuntur de
facultatibus, quas alij Duces tunc tẽpo-
ris habebãt, ijdemque, & ſic Duces tunc
exiſtentes poterant habere, nã verba *vti
frui, & gaudere poſſent quomodolibet in futu-
rum* accipienda ſunt de fruitione ex cau-
ſa tunc exiſtente, nempè præcedentis in-
ueſtituræ, ſeù priuilegij, non autem ex
cauſa ſuperuenientis Inueſtituræ, Quic-
quid enim conceditur ad inſtar, dicit re-
ſpectum imitãtis aliud; Quæ imitatio ſo-
lum poteſt verificari in eo, quod exiſtit,
vt rectè poſt Bald. in l. omnia 34. C. de Epi- 89
*ſcop. & Cleric. declarat Suarez de legib. lib. 8.
cap. 15. ſub num 3.*

Prætereà vis communicationis non 90
porrigitur ad ea, quæ vel nullatenus, vel
non ſine magna difficultate concedi ſo-
lent; Ideoquè indigent ſpeciali notâ ad
tradita in *l. 1. vbi Iaſ. nu. 21. & 22. Soccin.
iun.*

Huiuſmodi literarũ particula referatur Summ. litera G.

iun.num 43. *&* 49. *Rip. num.*9. *& Alciat. num.*4.*de legat.*1. *Butr. conſ.*19. *nu.*9.*Natta conſ.*4.*num.*6. *Aym. conſ.*103 *Rot. deciſ.* 40.*num.*1.*verſ.fundamentum par.*4.*recent.* Quale profectò eſt Ius muniendi loca in feudum recepta, ibique milites colligen-
91 di, eòque minus inobediendi mandatis ſupremi Principis, qui ea facere poteſt gratiâ conſeruandi pacem publicam, & ſcandala euitandi *ex notatis à Gail.de pace public.lib.*1.*cap.*4.*nu.*1.*& infra, ac Sextin. de regalibus lib.*2.*cap.*1. *num.*21. *& ſequen.* loquentibus de huiuſmodi mãdatis, quæ Camera Imperialis,vel Aula Cæſarea decernit etiam ex officio contrà eos, qui militum delectum agunt, ſine clauſula iuſtificatoria,ſub pœna banni, & amiſſionis omnium beneficiorum & priuilegiorum, & tàm Ducibus,quàm Militib. intimantur;Non enim citra iuſſum dicti Principis arma colligi, & milites compa-
92 rari poſſunt, adeòut contra facientes,publicam Maieſtatem lædant *l.tertia ff. ad l. Iul.Maieſt.*ibi *eadem lege tenetur,& qui iniuſſu Principis bellum geſſerit delectumue habuerit, Exercitum comparauerit*; Vſurpant
93 enim ſpectantia ad ſolũ Principem *Gail. d.cap.*4.*num.*5.*&* 6.

Alteri quoque reſpondetur conceſſio-
94 nem meri, & mixti Imperij, quantumuis maximam non comprehendere Ius muniendi, & armandi ad libitum ſine licentia Principis, penes quem manet ſummum Ius ſuperioritatis in eodem ſtatu, quia in totum pendet à dicta ſuperioritate, cum Populi ſalutem, & quietem concernat, in quibus ſuprema lex conſiſtit *VVernher. de Generbijs Caſtrorum dicto diſcurſu* 4. *num.* 146. *&* 147. *Andr. Knich. de iur. territ. dicto cap.* 3. *num.* 364. *iuncto nu.*399.*verſ.his ſubijciendum, Chriſtophor. Mingius in diſput. de ſuperioritate Territoriali concluſ.*76. *Petr. Gregor. Tholoſan.de Republic. lib.*9. *dicto cap.* 1. *num* 15. 16.*&* 19. Nec Baldus in contrarium adductus loquitur de huiuſmodi Iure, ſed de ſola conſtructione Arcis in feudo neceſſaria,ad iuſtitiam ibi tutè exercẽdam in ſubditos, vt ſuperiùs oſtenſum fuit.

Imò nec vti cohærens dictæ ſuperiori- 95
tati poteſt venire ſub nomine maiorum Iurium, quæ regalia nuncupantur, cum iſta verè,ac propriè ab ea differant, & ſeparata ſint, *vt rectè inquit Sixtinus de regalibus lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 18. obſeruando quod licet Principes inferiores careant Iure dictæ ſuperioritatis; habent tamen regalia ex conceſſione, conſuetudine, vel præſcriptione; Vndè ſequitur conceſ- 96
ſis regalibus ſine dicta ſuperioritate,ea ſolum venire, quæ poſſunt abſque illa obtineri, & exerceri vt commoda loci conceſſi, quibus accedunt ſaluâ ſuperioritate concedentis *ad tradita per Andr. Knich. de Iure Territ.cap.*1 *num.*344.*verſ.ſcilicet cum ſequen.* Nec proindè refert, quod dictum Ius muniendi, & armandi ad libi- 97
tum ſit de regalibus quia non dicitur eſſe de conceſſis, dum cohæret dictæ ſuperioritati reſeruatæ penes Sedẽ Apoſtolicam, nec translatæ in Duces Caſtri, quare dicitur eſſe maius omnium pertinentium ad Iura maieſtatis *Sextin. de regalibus lib.*2.*cap.*1 *num.*20.*in fine.*

A verò autem quàm longiſſimè alie- 98
num eſt Ducem Caſtri eſſe Principem ſupremum,ac dictam ſuperioritatem habere, cum neque ſit ex Ducibus Maiorum, ſed minorum gentium,vt liquet ex decreto quod Paulus III. fecit in Conſiſtorio ſuper confirmatione, & approbatione erectionis dicti Ducatus die 19.Decembris 1537. & Alexander Farneſius tunc Vicecancellarius deſcripſit inter acta conſiſtorialia, tenoris huiuſmodi.

Sanctiſſimus D.N.qui nuper Ciuitatem Ca- 99
ſtrenſem in patrimonio beati Petri conſiſtentem in Ducatum cum Iuribus, inſignijs &c. Ducalibus erexerat, illumque Domino Petro Aloyſio de Farneſio conceſſerat, & omnes

Hoc decretũ ſt pariter impreſſum. Summ.lit.H.

alias Ciuitates, & Terras tam per Sanctitatem ſuam, dùm in minoribus erat, quàm ſuos Aſcendentes poſſeſſas, & per eamdem Sanctitatem ſuam dicto Petro Aloyſio, & Octauio eius filio cōceſſas inuicem perpetuò vniuerat, ac quod poſt dictum Petrum Aloyſium dictus Octauius, & ſucceſſiuè ille ex ſuis, & dicti Octauij deſcendentibus, qui pro tempore eſſet Primogenitus tantùm, excluſis omnibus aliis tā maſculis, quàm fœminis, in huiuſmodi Ducatu ſuccederet, & aliis maſculis certa portio fructuum eiuſdem Ducatus pro victu, & veſtitu tantùm, excluſis etiam me, & D. Ranuccio germano meo, & ipſius D. Petri Aloyſii filijs, quibus aliundè ſufficienter prouiſum extitit, ac fœminis competens dos daretur, & alias circa modum ſuccedendi in Ducatu huiuſmodi ſtatuerat, necnon Ducatum huiuſmodi, ac Ciuitates, Terras, & omnia loca ſub illo comprehenſa à Camera Apoſtolica, & Prouincia Patrimonij. Reſeruato tamen Sedi Apoſtolicæ ſupremo Dominio, ſeparauerat, ac Domino Petro Aloyſio, & Octauio præfatis, & aliis Ducibus pro tempore exiſtentibus merum, & mixtum Imperium, ac gladii poteſtatem, & quæcunque alia regalia etiam cum facultate cudendi etiam aureas, & alias monetas, ac imponendi gabellas, & extrahendi frumenta, & omnia alia faciendi, quæ alii Duces Apoſtolica, vel Cæſarea authoritate creati faciebant, & facere poterant, ac honores & inſignia, aliaque Ducalia cum decreto quoad illa tantum onera ſubeunda, quæ alii Barones, & Domicelli Romani, qui in diſtrictu Vrbis conſtituti ſubeūt, conceſſerat erectionem, vnionem, ſtatum, ſeparationem, & conceſſionem huiuſmodi, & omnes, & ſingulas alias gratias, immunitates, libertates, & quaſcūque abſolutiones tàm criminales, quàm ciuiles, et tàm per Sanctitatem ſuam, quàm eius Prædeceſſores factas, & conceſſas cum innouatione, et noua conceſſione illarum, ac omnes, et ſingulas ſupradictas, ac quaſcumque alias remiſſiones, reſtitutiones, reintegrationes, inueſtituras, et quaſuis alias conceſſiones, tam eiſdem Petro Aloyſio, & Octauio, quàm mihi, & aliis ipſius D. Petri Aloyſii filiis, ac maioribus et noſtrorum cuilibet factas, et conceſſas, ac etiam ſingulas deſuper confectas literas, cum ſuppletione Iuris, et facti, ac ſolemnitatum defectuum, ſi qui forſan interuenerint, in iiſdem confirmauit, et approbauit, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere decreuit: Voluitque, et conceſſit Sanctitas ſua literas Apoſtolicas de, et ſuper omnibus, et ſingulis præmiſſis cum pleniori, et veriori præmiſſorum omnium ſpecificatione, et omiſſione, ac dictarum litterarum in toto, vel in parte inſcriptione, et expreſſione, vel pro inſertis, et expreſſis habitione latiſſimè abſoluen̄ etiam &c. et alias prout in cedula deſuper conficienda continebitur in omnibus, et per omnia iuxta illius tenorem, etiam per quemlibet ex noſtris ſeparatim expediri poſſe.

Ad illud enim vti ſolidum, ac germanum teſtimonium voluntatis Pauli Tertij redigendus eſt ſenſus priorum literarum deſuper expeditarum pridiè Kalendis eiuſdem menſis Nouembris, ac ſubſequentium Kalendis Ianuarij; Nam primæ aſſertioni reſiſtit clauſula; *Reſeruato tamen Sedi Apoſtolicæ ſupremo Dominio,* quæ pariter legitur in cedula Motus proprij, quā Paulus III. ſignauit primo loco per verbum fiat, ibi, *Saluo tamen ſupremo Dominio, & fidelitatis iuramento præſtando;*

Vtraque enim firmat Paulum III. no- 100
luiſſe in Ducem Caſtri transferre dictam
ſuperioritatem, ſeu maioriam, qua ſuo ar-
bitrio poſſet in omnibus moderari poli-
tiam dicti Ducatus, & cum mallet Arma,
& Militum copias in eo parare vſurpādo
nomen Principis ſupremi, quod ſoli Pō-
tifici de Iure cōpetit in ſua Ditione *Bald.*
in l. 1. num. 14. de conſtit. Princip. Nec ſu- 101
prema Poteſtas in eo reſidens quoad di-
ctæ politiæ moderationem ſeparabilis eſt
per conceſſionem alijs factam directi, ac
vtilis Dominij *Bald. in l. qui ſe patris n. 34.*
verſ. item in conceſſis, C. vnde liberi.

Alte-

Digitized by Google

Alteram vero probat ſubiectio Ducis Caſtri eiſdem oneribus, quæ ſubeunt alij Barones,& Domicelli Romani exiſtentes in diſtrictu Vrbis; Non enim hoc ſinit
102 eum poſſe extolli ſupra conditionem, ac vicem aliorum, quæ in prædictis eſt parendi, non imperandi, nec huiuſmodi paritas, quoad legem ſubiectionis poteſt
103 controuerti ſi vltra Dictionem (Alij) quæ ſuâpte naturâ eſt nota ſimilitudinis *ex notatis in l. 2. C. de ſeruis fugitiu. Bald. in l. final. num. 1. C. de his qui à non Domino manumit. cum alijs per Grat. diſcep. 10. n. 2.* ponderetur æquiparationem fieri circa obligationem ſubeundi onera; Nam pro
104 argumento à ſimili ſufficit, quod ſimilitudo ſit in eo, in quo fit comparatio, licèt in alijs ſit diſsimilitudo *c. quemadmodum, vbi Abb. in 1. notab. de iur. iur. Euerard. in loco à ſimili n. 3. circa med. verſ. & procedit.* Quamobrem rectè dicitur, potentiã Ducis Caſtri non fuiſſe in his maiorem eâ, qua pollent in diſtrictu Vrbis cæteri Barones, ac Domicelli, & ſic Duces minorũ
105 gentium, cum parium eadem, non maior potentia ſit, & à pari potentiâ par effectus procedat *ſecundum Baldum in l. conuenticulam ſub num. 5. verſ. Item eſt argumentum à pari, C de Epiſc. Cleric. Euerard. in loco à pari num. 2.*

106 Cuius argumenti vis confirmatur primò, quia Paulus Tertius in dictis litteris expreſſit ſic velle ſtatui domus ſuę prouidere, ſicut prouiderant Nicolaus V. Vrſinæ, Martinus Quintus Columnenſi, & Bonifacius VIII. Caietanæ, ibi, *Nos igitur prout Nicolaus in Vrſinorum, & Martinus prout in Columnenſium, ac etiam piæ memoriæ Bonifatius Papa VIII. in Caietana familijs pro illorum exaltatione, & perpetuitate ſtudioſè, & ſollicitè etiam circa modum per maſculos tantùm ſuccedendi prouidiſſe dicuntur, illorum veſtigijs inhærendo ſimiliter ſtatui Domus noſtræ prouidere volentes*, illa enim dictio (*ſimiliter*) denotat ſimilitudinem facti, & modi ad præcedentia, & quãdam æqualitatem *Menoch. conſ. 124. num. 60. vol. 2. Honded. conſ. 4. num. 33. vol. 1. Surd. conſ. 303. num. 34. volum. 3.* quod apertè innuit parem non maiorem exaltationẽ concedere voluiſſe Duci Caſtri, quam haberent dictæ tres Familiæ in diſtrictu Vrbis.

Secundò quia ex actis publicis officij 107
Charitatis de Vrbe conſtat ex illa ad Ducatum Caſtrẽſem miſſos fuiſſe Commiſſarios pro inueſtigandis Authoribus delictorum, & proceſſibus ibi contrà eos formandis quoties occaſio ſe obtulit, ſicut fieri ſolet ad loca aliorum Baronum, nàm vltra exempla vetuſtiora, ſedẽte Paulo V. occaſione homicidij commiſſi in perſonam Caroli Scotti in Territorio Vetrallę miſſus fuit anno 1610. Torquattus Mareſcottus ad Terram Roncilionis, vbi diù moratus, ſuper illo condidit proceſſum, aduerſus plures, & Maximè Nicolaum de Blaſchis Lucenſem; pluresue actus Iuriſdictionales exercuit; Feliciter autem regnante Vrbano VIII. bis anno 1626. Paulus Mangonius tunc Locumtenens Gubernatoris Vrbis acceſſit ad ditionem Caſtrenſem, & in diuerſis locis ſub ea compræhẽſis, proceſſum formauit aduerſus Alexandrum Pallauicinum, & alios palàm, ac liberè exercendo omnes actus Iuriſdictionales neceſſarios pro legitima expeditione ſuæ commiſſionis. Anno 1628. occaſione publicæ torturæ, quam Troilus Platonius Iudex Roncilionis temerè auſus fuerat inferre duobus Satellitibus Gubernatoris, ab eodem miſſus fuit Andreas Gabriellius eius Locumtenens, & tàm ibi, quàm in alijs locis Duci ſubiectis proceſſum habuit contra dictum Platonium, & Marcum Aurelium Carinum de Tarano in Sabinis, Procuratorem Fiſcalem, nec diſſimilem proceſſum contrà plures perſonas ſuper diuerſis criminibus fecit anno 1630. in Oppido Crocchiani,

& Ca-

Digitized by Google

& Caſtro Burghetti Franciſcus Caſtagnaccius, vnus ex Locumtenẽtibus ſubſtitutis in Tribunali Gubernatoris Vrbis de illius mandato, quibus accedunt alij Commiſſarij miſſi pro re annonaria, de quibus actum fuit in prima parte.

108 Tertiò, quia ſimilis prætenſio iuſtè reprobatur à *Petra de Iure quæſit. non tollen. per Princ. cap. 3. quæſt. 4. num. 67. verſ. licet multi* in Duce Ferrariæ, vt temerè aſſerta ab Adulantibus, quamuis omnes Pontificios potentiâ, ac dignitate præcelluerit.

109 Et hinc etiam corruit poſtrema aſſertio, quod animus Ducis in muniendo, & armatos conuocando non debuerit interpretari in malam partem, nam ſublatâ omni cauſâ referibili ad bonam, procul dubio eſt referendus ad malam, vel quidem ex ſolo exceſſu, qui vt ſuperiùs dixi regulariter ſumitur in malam par-

110 tem *Auendan. de exequen. mãdat. reg. par. 1. dicto cap. 14. num. 3. verſ. cum ergo iuncto num. 1. in fine, et dicto num. 3. in princ.* cum ſoleat eſſe noxius Reipublicæ.

111 Maximè quia ratio tanti motus inſoliti nulla vrgente cauſa extrinſeca præter Iudicium prius paratum & poſteà motũ pro Montiſtis, quod dirigebatur ad exequendum ſuper Ducatu Caſtrenſi tan-

112 quam dote Montium perſpicuè demonſtrat, qualis eſſet intimus ſẽſus Ducis, aſſerente *Bald. in proemio decretal. verb. Rex pacificus num. 14. verſ. ſed quod teſtimoniũ*. Quod poſſumus habere teſtimonium de intrinſeca linea cordis per rationem naturalem, vel ciuilem, vbi etiam ſubdit cum Iob, intentionem, & animũ, quoad facta probari ex operationibus, quæ in Duce fuerunt reſiſtendi armata manu copijs Pontificijs, ſi acceſſiſſent vti auxiliares iudicati pro Montiſtis, nam qualis ſit animus hominis latens in corde, ac ſo-

113 li Deo notus directè, ſcribentes inquiunt clarè dignoſci ex his quæ geſta fuerunt *§. pauonum in fine inſtit. de rer. diuiſ. l. ſed Iulianus. §. penult. ff. ad macedonian. Aym. conſ. 210. num. 11. cum aliis per Maſcard. de probat. par. 1. concluſ. mihi 95. num. 7. et Farinac. fragment. par. 1. verb. Animus num. 230.*

Quinimò ex ipſamet qualitate facti 114
tàm circa munitiones repentinas, & inſuetas fieri extrà mœnia cum erectione propugnaculi, & Vallorum tempore, quo nullus hoſtis aduentus expectabatur, quàm circà militum copias in vnum ſubitò collectas, aliaſque in ſubſidium publico edicto paratas manifeſtiſſimè liquet, Ducis animum fuiſſe reſiſtendi dictæ executioni iudiciali pro Montiſtis, ſi in locis ab eo munitis fieret, inuocato de more auxilio brachij ſæcularis, nempe dictarum copiarum; nam pertritæ ſunt regulæ, quod animus præſumitur ex qualitate facti, dignoſcitur ex operibus operantis, & talis eſſe cenſetur, qualem ipſa 115
facta demonſtrant *ex cõgeſtis à Maſcard. dicta concluſ. 95. num. 1. et infra, ac Farinac. dicto verbo Animus num. 220.*

Idemq. roboratur ex inutilitate dicti propugnaculi, & Vallorum extrà Ciui- 116
tatem Caſtri, interruptione Pontis Abbatiæ, appoſitione armatorum ibi in præſidijs, & tam ſtudioſi apparatus in militibus, annona, & armis colligendis, ſi finis tantùm fuiſſet implendi aſſertas obligationes cuſtodiendi Caſtrum, & Montem Altum, ac tutiores reddendi Arces, & muros Primi, quoniam ex ingenti armorum apparatu præter morem præſumitur animus delicti præmeditati, *vt* 117
tradunt relati per Maſcard. dicta par. 1. concluſ. 98. nu. 25. ac etiam omnes fatentur, ſortalitia præſumi facta animo nocendi, 118
quoties nulla ex cauſa erant neceſſaria *Roman. conſ. 52. num. 3. prope finem verſ. ſed hic, et quarto verſ. quod præſumitur. Pariſ. de Puteo de reintegrat. feud. quæſt. 176. num. 6. verſ. quod præſumitur fol. mihi 107.*

Ma-

Digitized by Google

Maſcard. dicta par. 1. concluſ. 97. ſub n. 12. et ſequen.

Quibus accedit non leuis coniectura
119 petita ex diſcreta expulſione omnium Incolarum, qui originem trahebant à locis ſubiectis Sedi Apoſtolicæ, & retentione ſubditorum alijs Principibus; Innuit enim finem dictarum munitionum fuiſſe reſiſtendi, & oppugnãdi Iuſtitiam ibi exercendam pro Montiſtis à Iudicibus, & Miniſtris Sedis Apoſtolicæ, ac etiam ex mora in parendo primis monitis Auditoris Cameræ de mandato Sanctiſſimi, ſuper dimiſſione Militum, & demolitione.

Imò ſuper Ducis mandato de bello
120 gerendo cum copijs Pontificijs, ſi accederent, ſubeſt certa probatio ex depoſitione plurium Officialium, & Militum Ducis, examinatorum in actis, tam antè quàm poſt obſidionem Caſtri, eorum reſponſione, qui erant in Arce Montis Alti, & Ponte Abbatiæ, ſe excuſantium de reſiſtentia facta armis Pontificijs ob mãdata præciſa, quæ in contrarium habebant à Duce, & confeſſione Præfecti An- 121
gelerij in traditione Clauiũ Caſtri, dum rogauit Marchionem Aloyſium Mattheum Ductorem Exercitus Pontificij, vt Duci teſtimonium perhiberet de ſua fidelitate circa implementum obligationis boni Ducis in reſiſtendo exercitui inimico, quam ipſe Dux tacitè videtur 122
confirmaſſe, eum (vt fertur) carcerando Parmæ, quia aduerſus arma Pontificis non defenderat Caſtrum toto tempore quo promiſerat oretenus Placentiæ, & poſteà ratificauerat per literas.

Inconcuſſa ergo manet ex prædictis iuſtitia eorum, quæ Duci præcepit Auditor Cameræ, cum ſingula, in dictis Breuibus expreſſa, ſubſiſtant, Ideoque penitus corruat aſſertus defectus intentionis Sanctiſsimi, cum omnibus indè illatis per Authorem.

ARTICVLVS SECVNDVS.

SVMMARIVM.

IVdex nequit recuſari ſuſpectus propter inimicitiam niſi manifeſta ſit, & probata in ſpecie, non autem in genere num. 1.

Iudicium Sanctiſſimi in præcipiendo Auditori Cameræ, vt Ducem moneret, fundatum fuit in vera relatione facti num. 2.

Defenſio Ducis non fuit neceſſaria num. 3. neque facta debito modo num. 4.

Concluſio, quod iudicium Principis ad aliorum relationem non ſit infallibile, retorquetur contra declarationem Clementis VIII. ſuper tractis num. 5.

Cardinalis Raggius aſſeuerat, non fuiſſe ſibi præſentatum aſſertum memoriale recuſationis num. 6.

Libellus recuſationis porrigendus eſt ipſi Iudici num. 7.

Iudex non poteſt recuſari ſuſpectus in notorijs, præſertim quando criminaliter agitur n. 8. neque ſine cauſa iuſta, legitima, & rationabili num. 9.

Si cauſa recuſationis eſt friuola, eâ non obſtante procedi poteſt ad vlteriora num. 10.

Executor non recuſatur ſuſpectus num. 11.

Actus tribuitur mandanti, non exequenti num. 12.

Papa non poteſt recuſari ex quacumque cauſa etiam iuſta num. 13.

Delinquens vocatus à Iudice loci commiſſi delicti non valet allegare exceptionem loci non tuti num. 14.

Sanctiſſimus ſub fide Principis obtulit Duci Saluum Conductum num. 15. ac prorſus inexcogitabile eſt, quod Cardinales nepotes voluerint publicam Patrui fidem in eo datam violare num. 16.

Violans Saluum Conductum dicitur reus læſæ Maieſtatis num. 17.

Exceptio loci non tuti quando non eſt notoria nil releuat niſi deducatur, & probetur coram Iudice num. 18. ſaltim per excuſatorem num. 19.

Si locus non eſt tutus Reo vocato in Iudicium ex cauſa reſpiciente eius ſolam perſonam, dicitur tutus Excuſatori num. 20.

Procuratores, & Miniſtri Ducis ſemper tuti fuerunt in Vrbe, & in Tribunalibus benignè recepti ad proteſtandum num. 21.

IN hoc Articulo Author nititur probare præcepta, ſeù monitoria Auditoris Cameræ non obligaſſe Ducem vti notoriè iniuſta, ac eſſe nulla, ex eo, quod emanauerint ab Auditore Cameræ, quem ſupponit recuſatũ fuiſſe ſuſpectum à Duce, additque non potuiſſe hunc moneri ad comparendum in loco non tuto ob figmentum dictæ inimicitiæ cum fratribus Barberinis.

Recenſẽtur Sum. litera A, B, & C.

Verum ſicut omnis iniuſtitæ prætextus diluitur ex iam dictis, nec vllum aſſertæ inimicitiæ ſignum exhibetur, quæ 1
tamen concludenter probari debuiſset, quia non poteſt Iudex ſuſpectus recuſari propter inimicitiam, niſi manifeſta ſit, adeòut illius cauſa ſpecialiter exprimi debeat, nec ſufficiat allegatio in genere, quia nemo præſumitur inimicus alterius, cum inimicitia ſit contra Ius naturale *Bald. in c. conſtitutus num. 25. de reſcriptis Franc. in c. poſtremò, verſ. 35. & Prepoſitus num. 11. in cauſa 35. de appellat. Ripa in cap. 1. num. 14. de iudic. Aufrer. de recuſat. num. 26. verſ. ſed in hoc, & verſ. dicit tamen. Farinac. fragment. par. 2. verſ. Iudex num. 881.* Ita quoque prætenſæ nullitatis color omninò inficitur.

Nec proinde ad rem faciunt duæ concluſiones, quas præmittit; Altera, quod iudicium Summi Pontificis ad aliorum relationem non ſit infallibile in his, quæ pertinẽt ad hominum facta particularia. Altera, quod defenſio ſit etiam contrà eũ licita, dummodo neceſsaria, ac debito

modo

Digitized by Google

2 modo fiat; nàm iudicium Sanctiſsimi in pręcipiendo Auditori Camerę, vt Ducem moneret, fundatum fuit in vera relatione facti, & apprimè conſentaneum regulis Iuris, ac pacifico regimini ſuæ Ditionis:
3 Nec defenſio dici potuit neceſsaria cum aſsumpta fuerit à Duce ad impediendam executionem Iuſtitiæ, cui omnes obtemperare, non autem illâ abuti debent, ex dicto Ciceronis lib. 1. de legibus, minuſue facta debito modo cum proſilitum ſit
4 ad munitiones, & arma non ſolum de iure vetita; ſed etiam damnata per Conſtitutiones Apoſtolicas, ipſique Duci ſpeciali iuſsu prohibita, vt per violentam defenſionem nõ iure, ſed iniuria eluderetur fines iudicij, quod per actum fuit nomine Montiſtarum; Imò prima conclu-
5 ſio retorquetur aduerſus declarationem Clementis VIII. ſuper tractis, vt potè factam ex relatione Congregationis, cui Iura Cameræ Apoſtolicæ relata in primâ parte non fuerunt exhibita, nequit enim ex hoc dici Principis declaratio, quia nõ ipſe, ſed relatores eam feciſse videntur *ex adductis per Laurentium de Iudice ſuſpecto cap. 3. num. 7. verſ. ad alicuius*.

Et quamuis ex ſola negatione præaſſertæ inimicitiæ non probatæ exaduerſo labefactetur vtraque baſis dictæ nullitatis, tam ſcilicet quoad recuſationem Auditoris Cameræ, quàm exceptionem loci non tuti in Vrbe; Nihilominus additur
6 primam non probari: Imò Cardinalem Raggium tũc Auditorem Cameræ ſcripto aſseueraſse, ſibi talem recuſationẽ, aut memoriale minimè præſentatum fuiſse. Proteſtationem vero affixam Bononiæ non afficere, quia libellus recuſationis
7 porrigẽdus eſt ipſi Iudici *ad text. in l. apertiſsimi 14. ibi libello recuſationis ei porrecto, C. de Iudic.* cum expreſsione iuſtæ cauſæ *d. cap. cum ſpeciali 41. de appellat. ibi ſtatuimus, vt ſi allegauerit Iudicem eſſe ſuſpectum coram eodem cauſam iuſtæ ſuſpicionis aſſignet*, & in ſcriptis, ſicut appellatio *ſecundum gloſ. in c. quoniam contrà verbo recuſationes de probat. & alios congeſtos à Farinac. d. verbo Iudex num. 703.* quibus omnino caret aſserta proteſtatio Ducis.

Nec probatam releuare, tùm quia crimen Ducis in muniendo, & milites colligẽdo erat notorium, quo caſu Iudex nequit dici ſuſpectus, cum non indigeat inquiſitione, ſed ſolâ puniendi coërcione; Ideòque potius legum Executor in hoc dicendus ſit, quàm Iudex, vel cognitor: Vndè paſsim recipitur, quod Iudex non valet vti ſuſpectus recuſari in notorijs, præſertim quando criminaliter agitur, cum Reus tunc numquàm euadere poſsit pœnam, ſiue cõfiteatur, ſiue neget factum notorium, quia eius negatio conuincitur per euidentiam rei, nec propterea poteſt eam dubiam reddere *Butr. in cap. cum ſpeciali num. 7. Imol. num. 16. & Franc. nu. 24. de appell. Alberic. in d. l. apertiſſimi ante num. 1. verſ. in notorijs ibique Aretin. num. 3. in fin. verſ. ſcias tamen C. de Iudic. Specul. tit. de recuſat. §. effectus n. 37. cum alijs per Laurent. de iudic. ſuſpect. c. 11. num. 1. & 2. iuncto num. 20. & Farinac. dicto verſ. Iudex num. 699.* 8

Tùm quia Iudex nequit recuſari ſuſpectus ſine cauſa, nec ſufficit quælibet beneuiſa recuſanti, ſed debet eſse iuſta, legitima, & rationabilis *d. cap. cum ſpeciali verbo iuſtæ ſuſpicionis, vbi gloſ. & Canoniſtæ communiter de appell. & in cap. ſi contra vnum verſ. ſuſpicionis de offic. delegat. in 6. gloſ. in c. ſuſpicionis cauſa verb. ſuſpicionis, vbi Hoſtien. ante num. 1. verſ. cauſa Butr. num. 14. Card. num. 1. in 1. notab. & Anchar. num. 2. verb. ſuſpectum verſ. ſed Iacobus extra eodem tit. cũ alijs per Farinac. d. verb. Iudex num. 805*. Adeout ſi noto- 10
riè friuola, & fruſtratoria ſit, non obſtante recuſatione valeat procedere ad vlteriora, ſicut vno ore tradunt congeſti *per Farinac. d. ver. Iudex num. 806.* Qualis pro-

profectò fuiſſet dicta cauſa inimicitiæ figuratę cum fratribus Barberinis ex principijs non ſubſiſtentibus in facto.

Tùm etiam quia Auditor Cameræ fecit huiuſmodi præcepta de ſpeciali mandato Sanctiſſimi, & ad limites Breuium deſuper expeditorum, in quibus ipſe Pótifex idem iuſſit, ac pręcepit; ex hoc enim
11 patet, ſimplicis Executoris partes egiſſe, qui de Iure non poteſt recuſari ſuſpectus, cum nihil agat Motu proprio, ſed de ſuperioris mandato *cap. nouit ille vbi Franc. num. 2. de appell. Laure. de Iudic. ſuſpect. c. 8. nu. 2. ſub princ. verſ. Franc.* Actuſue etiam
12 de Iure tribuatur mandanti, & committenti; non autem exequenti, *vt in propoſito arguit Lauren. dicto num. 2. verſ. ac mã-*
13 *dantij* Nec quoad Papam ſit locus recuſationi ex quacumque prætenſa iuſta cauſa *Franc. d. cap. poſtremo num. 14. verſ. hinc eſt Præpoſitus num. 8. verſ. Ideò Papa, & Dec. num 3. idem Franc. in d. cap. cum ſpeciali num. 32. & Præpoſit. num. 25. de appellat. alijque plena manu relati per Farinac. d. ver. Iudex num. 7.*

Reſpondetur etiam non obeſſe ſecundam concluſionem, quia Dux nõ potuit excuſari, quominùs ſiſteret ſe corã Auditore Cameræ, ſub prætextu loci non tuti, ſiue conſideretur ex perſona Iudicis, qui eum vocauit ad ſe expurgandum de delictis commiſsis in Ditione Caſtrẽſi, ſiue ex perſona aſſertorum Inimico-
14 rum; Non quidem reſpectu Iudicis, nam delinquens vocatus à Iudice loci cõmiſsi delicti nõ valet huiuſmodi exceptionem allegare; ſibi enim debet imputare, cur deliquerit eo in loco, quem poſteà dicit ſibi tutum non eſſe reſpectu Iudicis, cũ delictum ob abſentiam Rei non debeat remanere impunitum ab illo, vt docent *Bald. in l. omnes §. verum ſi Apparitor ſub num. 3. verſ. ſecundum C. de Epiſc. & Cleric. Alex. in l. recuſare §. ſi quis alio num. 5. in fine, ff. ad trebell. Aret. in c. Veniens num. 54. de accuſat. Rubeus Alexand. in l. penult. §. ad crimen num 204. ff. de public. Iudic. Menoch. conſ. 100. num. 207 verſ. quoad Iudicis perſonam cum ſequen. vol 1. Lauren. de Iudic. ſuſpecto cap. 13. num. 32 Franc. Marc deciſ. 67. num. 9. verſ adde par. 1.*

Minùs reſpectu inimicorum qui figu- 15
rantur, cum Sanctiſſimus, Duci ſub fide Principis per Breue obtulerit ſaluum cõductum, & permiſerit cuſtodiam quinquaginta armatorum; Nam prorsùs inueriſimile, & inexcogitabile eſt, quod 16
Nepotes, acerrimi cultores iuſti, & honeſti, publicam patrui fidem fallere, & in crimen læſæ Maieſtatis incidere voluiſſent curando ſub illa Ducem offendi, *vt rectè in propoſito firmat Menoch. d. conſ. 100. nu. 208. in fine verſ. quo verò ad perſonam cum duobus ſequentibus;* nam violans ſaluũ conductum dicitur eſſe reus læſæ Maie- 17
ſtatis *ex opinione Bartoli magis communiter recepta in l. 1. num. 6. ff. ad l. Iul. Maieſt. quem ſequuntur relati per Gigan. de crimine læſæ Maieſtatis lib. 1. quæſt. 33. num. 7. Menoch. de arbitrar. lib. 2. caſu 337. num. 2. & dicto conſ. 100. num. 210. ac Laurentium dicto cap. 13. num. 26. poſt med. verſ. ſaluumque conductum, teſtantes de magis recepta.*

Deſcribitur Sũmar. litera D.

Nec videtur prætermittendum, quod 18
Dux debebat expreſsè proteſtari de hoc coram Auditore Cameræ, cum prætenſa Notorietas minimè ſubſiſtat *iuxta opinionem Bartoli in l. de pupillo §. ſi quis ipſi Prætori num. 14. ff. de oper. nou. nunciat. & ſequacium quos recenſet Menoch. dicto conſ. 100. num. 206.* Nam quando talis exceptio non eſt notoria, citatus tenetur comparere coram Iudice ad allegandum locum ſibi non eſſe tutum, & dilationem poſtulandam pro illius probatione, *vt ex Franc. & aliis declarat Laurent. d. cap. 13. num. 15.* vel ſaltim tenebatur mitte- 19
re excuſatorem idem allegantem, & probantem *iuxta dictum Baldi in cap. 1. verb.*

ſenten-

Digitized by Google

ſententia num.1. de pace Conſtantia Angel. conſ.65. in fine, & Rota deciſ.5. de dolo, & contumac. in antiquis, quod repetit Menoch. dicto conſ. 100. *num.* 199. à quo non poteſt excuſari dicendo, quod neque locus
20 illi tutus fuiſſet; Tùm quia de Iure non procedit hoc, quando locus dicitur non tutus ex cauſa ſingulari reſpiciente perſonam ipſius vocati in Iudicium, vt diſtinguendo firmat *Menoch dicto cõſ.*100. *num.*200. *verſ. ſecundo modo cum ſequen.* Tùm quia experientia contrarium docuit, nam tutiſsimè ſemper in Vrbe fue-
21 runt, ac hodie degunt Procuratores, & Miniſtri Ducis, ac ipſa Tribunalium ſubſellia teſtantur benigniſsimè excipi, vndè licet inferre, quod idem actum fuiſſet cum Domino, ſi acceſſiſſet ad Vrbem.

Debuit ergò Dux ſeruare tàm primũ quàm tertium pręceptum Auditoris Cameræ, cum de iuſta intentione Sanctiſſimi quoad illud apertiſſimè conſtet ex deductis ſuper primo articulo; Nec contrà nouiſſimum vrgeant dictæ exceptiones recuſationis, ac loci non tuti, prout etiam debuiſſet, remouendo, non augendo nouitates perperàm inchoatas non impedire effectum præfixionis alterius termini quindecim dierum expreſſi in ſecundo præcepto, quod emanauit ſub eadem præſeruatiua primi nõ impediendi prouiſiones beneuiſas Sãctiſſimo, tàm cum armis, quàm ſine, vt poſſet eo frui citrà accelerationem armorum Eccleſiæ vindicum ſuæ dignitatis, aduerſus contumaciam Vaſſalli malè cogitantis libertatem in ea poſitam eſſe, non autem in moderatione, aduersùs dictum Ciceronis in Oratione pro Neio Planco.

Digitized by Google

ARTICVLVS TERTIVS.

SVMMARIVM.

EXcommunicationis cauſa materialis, licet ſit peccatum mortale; illud tamen inducitur eo ipſo, quod Iudex Eccleſiaſticus aliquid ſub eius pœna fieri vetat, vel præcipit num. 1.

Munitiones, & motus Armorum Ducis fuerunt cauſæ grauiſſimæ pro excommunicatione num. 2.

Duplici ſpecie inobedientiæ ſe obſtrinxit Dux, materiali propter tranſgreſſionem Conſtitutionum Apoſtolicarum continentium pœnam excommunicationis, & formali ob perſiſtentiam in ea poſt monitionem Auditoris Cameræ num. 3.

Excommunicatio eſt inuenta ad comprimendam inobedientiam num. 4.

Defenditur excommunicatio lata contra Ducem ab obiecta nullitate Breuium ex defectu intentionis Sanctiſſimi num. 5. à prætenſo errore intollerabili num. 6. ab occulto animo Ducis à num. 8. vſque ad 11. ab aſſerto defectu monitionis legitimæ nu. 12. à recuſatione Auditoris Cameræ num. 13. ab appellatione coram honeſtis viris à num. 14. vſque ad nu. 20. ab excuſatione non comparendi ob pluries decantatã exceptionem loci non tuti num. 21. & à ſuppoſita impoſſibilitate parendi ſub prætextu, quod loca munita deuenerint ad manus Cameræ prius quam eſſet lapſus terminus præfixus in ſecundo monitorio à num. 22. vſque ad 25.

Error intolerabilis in ſententia excommunicationis dicitur qui eſt patenter expreſſus num. 7.

Animus non dicitur occultus niſi excludat omnem cognitionem ſenſitiuam à qua incipit cognitio humana, & ſecundum quam iudicat Eccleſia num. 9.

Quando ſenſus interni manifeſtãtur per actus exteriores adeſt ſubiectum ſufficiens pro Iudicio Eccleſiæ, vt poſſit inobedienti infligere pœnam excommunicationis num. 10.

Animus faciendi rem per ſe licitam ad finem illicitum conſtituit materiam capacem excommunicationis, quando procedit ad actũ externum infectum ex dicto fine illicito num. 11.

Appellatio interpoſita coram honeſtis viris nõ iuuat appellantem, niſi præcedat diligentia de appellando coram Iudice à quo nu. 14. nec operatur effectum ſuſpẽſiuum, & cauſat attentata niſi prius intimetur Iudici à quo num. 17. nec illum inducit quando notorium eſt non tenere, quia cauſæ in ea expreſſæ ſunt friuolæ num. 18. & 19. quales ſunt hoc caſu num. 20.

Procurator Ducis fuit admiſſus poſt ſententiam reatus ad proteſtandum penès Tribunal Cameræ pro ſolutione cenſus nu. 16.

Auditor Cameræ, eſt Papæ, & Cameræ, & non aliorum Auditor num. 20.

Secundum Monitorium emanauit ex benignitate in vim Breuis continentis explicitam præſeruatiuam tàm reatus Ducis, & pœnarum ab eo incurſarum ex primo monitorio, quam Iuris inde Fiſco quæſiti, & declarationem quod Sanctiſſimus nolebat ſibi manus ligare num. 23.

Copiæ Pontificiæ motæ fuerunt ad coadiuuandam executionem decretorum pro Montiſtis num. 24.

Dux perſtitit in non paritione vſque in finem ſecundi termini num. 25.

Neque eſt vſus remedijs Iuris neceſſarijs ad euitandam ſine ſcandalo excommunicationem, quam perperàm dicit iniuſtam num. 26. ſibique non alijs debet imputare ſecuta ob non implementum ſuæ obligationis cum Montiſtis; & non paritionem monitis Sanctiſſimi num. 27.

Non applicantur authoritates Cardinalium Bellameræ, Florentini, Alexandrini, & Caietani, necnon Gerſonis, Suarez, & alio-

Digitized by Google

76

aliorum allegatorum ab Authore nu. 28. & 30.

Non fuit actum de ſpoliando Ducem ſine cauſa contra dictamen Iuris, ſed de illum puniendo iuxta dictamen rationis, propter eius munitiones aduerſus executionem Iuſtitiæ, & contra conſtitutiones Apoſtolicas num 29.

Stante validitate, & iuſtitia excommunicationis validum, & iuſtum erit interdictum, ſi publicetur num. 31. nec eius cedulones poſſunt diuelli num. 32.

CVm fuerit in primo Articulo abundè firmata iuſtitia, & in ſecundo validitas Præceptorum, quæ Auditor Cameræ de mandato Sanctiſſimi fecit Duci ſub pœna inter alias maioris excommunicationis; ſuperflua quidem videtur ſpecialis diſcuſſio huius Tertij, in quo Author ſuppoſitâ illorum iniuſtitiâ, & nullitate ipſam quoque excommunicationem aſſerit iniuſtam, & nullam eſſe. Verum nè illa, quæ ingerit, videantur conſultò dimiſſa ſine peculiari reſponſione, quatenùs exorditur ab axiomate, quod excommunicatio ſolùm imponitur pro peccato mortali, non corrigibili alio modo, ex eoque infert, noſcentem ſe illo carere, ſibi poſſe ſuadere, quod minimè in eam inciderit.

Reſpondetur, animaduertendum eſſe,
1 quod etiamſi cauſa materialis dictæ excommunicationis ſit peccatum mortale; illud tamen inducitur eo ipſo, quod Iudex Eccleſiaſticus aliquid ſub eius pœna fieri vetat, vel præcipit; Nam quamuis id agere, vel nè, ante dictum præceptum non eſſet in ſuo genere peccatum mortale; fit tamen eius materia, ſtatim, ac illud accedit, quia Iudex comminando talem pœnam exigẽtem culpam lætalem, abſq; dubio cenſetur tranſgreſſorem voluiſſe ad eam obligare. *Vt inquiunt Sotus in 4. ſententiarum diſtinct. 22. part. 1. art. 2. concluſ. 2. corolar. 1. Couar. in cap. Alma mater §. 9. num. 1. verſ. Primum ſi ſanè de ſentent. excomm. in 6. Martinus Ledeſma 2. parte quæſt. 23. art. 3. Caſtro in primo de legibus pœnal. cap. 5. docum. 4. in fin. Sayr. de cenſur. lib. 1. cap. 9. nu. 5. Auila eodem tract. par. 2. cap. 5. diſp. 1. dub. 2. verſ. quarto ſequitur. Alter. lib. 3. diſput. 1. cap. 1. pag. 265. col. 1. litera D. & E.* Quod indubitanter procedit, vbi materia vel in ſe grauis eſt, vel talis fit in ordine ad finem; Nàm ſolùm excipitur, quando eſt ita leuis, vt neque in ordine ad finem grauis fiat. *Auila vbi ſupra verſ. ſed hoc contrarium.* Hìc autem 2
grauiſſima fuit, tàm in ſe ipſa, quia agebatur de muniendo, & armando loca proxima Vrbi regiæ, inſcio, & inconſulto ſupremo Principe, qui clauum Reipublicæ tenet; Ideòque ſolus pro communi bono arma mouere, & temperare debet, deque ea retinendo contrà expreſſum illius mandatum, quàm in ordine ad finem conſeruandi quietem publicam, & euitandi perturbationem, quæ ex hiſce nouitatibus ſolet in Populis oriri. Quarè tranſgreſſio primi præcepti, quod ſuper demolitione, ac militum dimiſſione Auditor Cameræ Duci fecit iuſſu Sanctiſſimi ſub pœna dictæ excommunicationis, in eo procul dubio firmauit peccatum mortale *Alter d. litera D. verſ. præſertim*: Imò nouum adiunxit alteri prius incurſo, dum cæpit munire arma, & milites colligere violando leges, & conſtitutiones Apoſtolicas idem prohibentes ſub eadem pœna.

Nec propterea Dux ſibi debuit in Animum inducere, & alijs perſuadere, quod tamquam innocens, & vacuus omni lætali culpa, nõ inciderit in dictam excom-
municationem, dum propter legum vio- 3
lationem, & obedientiam (quam Summo Pontifici, ac eius mandatis exhibere tenetur omnis creatura, eoque magis Vaſſallus) ex animo obiectam in re grauiſſima

ma, maximo crimine ſe obſtrinxit, adeò ut non vna, ſed vtraque ſpecies inobedientiæ ſedem in eo locauerit; Materialis propter tranſgreſſionem dictarum legum continentium eamdem pœnam, quæ nullâ etiam præcedente nouâ monitione contrahitur, quia ſufficit generalis monitio in eiſdem facta, quando fuerunt promulgatæ; Et formalis, dum monitus perſtitit in malè cæpto contra voluntatem Sanctiſſimi eidem inſinuatam vt ſuprà ab Auditore Cameræ, Nec comparuit iuxtà nouiſſimum illius præceptũ, ac ideò fruſtrà tentauit ſe à pœna dictæ excommunicationis ſubducere, cum ſit ab Eccleſia inuenta ad comprimendam
4 inobediẽtiam nolentis eam audire *Alter. de cenſur. lib 3. diſp. 1. cap. 3. pag. 271. col. 1. litera A. poſt Diuum Thomam, Caietanum, & Couarru.*

Mox verò quia conatur oſtẽdere quinque rationibus dictam excommunicationem fuiſſe nullam, & iniuſtam.

Prima, quod ſtante nullitate Breuium (vt ipſe inquit) defectu intentionis Sanctiſſimi, ipſa quoque excommunicatio ſit nulla tamquam acceſſoria:

Secunda, quod animus Ducis muniẽtis occultus Eccleſiæ non potuit iuſtam dictæ excommunicationi materiam præbere.

Tertia, quod non præceſſit legitima monitio, ſupponendo, quod nulla ratio poſſet haberi de executa, tamquàm facta ad locum non tutum Duci ex cauſa aſſertæ inimicitiæ.

Quarta quod ait Ducem ante lapſum termini recuſaſſe pro ſuſpecto Auditorem Cameræ, & coram honeſtis viris appellaſſe ad Sanctiſſimum.

Quinta, demum aſſerendo ex duabus cauſis dictæ excommunicationis, Alteram non comparitionis Ducis in Vrbe ad ſe expurgandum non afficere ob dictã exceptionem loci non tuti: Alteram inobedientiæ ſuper demolitione nouitatum, & dimiſſione militum infrà tempus præſcriptum ceſſaſſe ex impoſſibilitate, cum dicat copias Pontificias ante lapſum termini præfixi in ſecundo monitorio, Duci ſimul ademiſſe loca munita, & facultatem parendi.

Reſpondetur, primam corruere, dum breuia carent aſſerto defectu intentio- 5
nis, & præcepta illis innixa fuerunt valida, & iuſta; nam iure acceſſionis etiam dicta excommunicatio talis eſſe debet.

Secundam euaneſcere, quia oſtenſum
fuit in primo articulo non licuiſſe Duci 6
ità munire, neque tàm inſuetam militũ, & armorum collectionẽ extrà ordinem facere, atque ità non contineri in monitorio errorem intolerabilem, nempè pa-
tentèr expreſſum *iuxtà verba cap. Vene-* 7
rabilibus § poteſt quoque de ſent excomm. ibi ſi aſſeritur in excommunicationis ſententia intolerabilem errorem fuiſſe patenter expreſſum.

Et quatenùs additur, cauſam expreſſam in ſecundo Monitorio, quòd Dux
muniuerit gratia ſe opponendi execu- 8
tioni contra ipſum faciendæ in fauorem Montiſtarum, non continere materiam capacem dictę excommunicationis, quia reſpiciebat finem occultum in animo Ducis, nec deductum ad eſſe formale extrinſecum, cuius Eccleſia non eſt Iudex, ſed Deus tantùm. Reſpondetur, animum Ducis non fuiſſe occultum per ſe, adeòut excluderet omnem cognitionem ſenſitiuam, à qua incipit cognitio humana, ſecundùm quam iu-
dicat Eccleſia, vtpotè quando aliquis 9
mente ſolùm concipit concluſionem erroneam, nec illam verbis, aut ſignis extrinſecùs ſibi, vel alijs aperit quod *gloſ. in l. cum exceptione verb. omninò ff. quod metus cauſ. Alex. & alii relati ab Alterio vbi ſup.* appellant omninò occultum, in quibus terminis loquuntur citati per authorem,

ſed

Digitized by Google

ſed manifeſtatum ab ipſo Duce pluribus ſignis, verbis, & actibus extrinſecis ſummatim relatis ſub fine primi articuli; Nam quando ſenſus interni manifeſtantur per actus exteriores, tunc indubitan-
10 ter adeſt ſubiectum ſufficiens pro iudicio Eccleſiæ, vt poſſit inobedienti infligere pœnam dictæ excommunicationis, ſicut diſtinguendo declarant *Auilà par. 1. dub. 10. verſ. Ad ſecundum reſpondetur Sayr. d. lib. 1. cap. 9. ſub num. 14. verſ. Donec, vel per actus*.

11 Nec replicari poteſt, quod animus faciendi rem per ſe licitam ad finem illicitum, non ſit materia capax dictæ excommunicationis, nam quandò excedit limites actus interni, & procedit ad actum externum conſideratur, vt cauſa dicti actus externi, eique propterea tribuit, & communicat ſuam malam qualitatem, ac de licito reddit illicitum, cum peritum ſit, effectum regulari à ſua cauſa, nec cauſatum eſſe diuerſæ naturæ à cauſante.

12 Tertiam aſſerti defectus monitionis legitimæ, tanquam factæ ad locum non tutum, quia nititur figmento aſſertæ inimicitiæ, & eneruatur replicatis in ſecundo articulo, frigida manet ſine neruis, & calore concluſionis.

13 Quartam recuſationis Auditoris Cameræ tolli diſtinguendo inter eam, quæ dicitur facta Romæ, & alteram affixam Bononiæ, illa enim ceſſat contrariâ aſſertione Cardinalis Raggij dicentis nunquam coram ipſo propoſitam fuiſſe, hæc autem quia fuit illegitima tanquam non propoſita Iudici in ſcriptis cum expreſſione iuſtæ cauſæ, vt latius habetur in ſe-
14 cundo articulo. Appellationem verò (vt dicitur) Parmæ interpoſitam coram honeſtis viris non poſſe iuuare Ducem, quia non præceſſit diligentia de appellando coram Iudice à quo *Scaccia de appell. lib. 3. cap. 2. quæſt. 6 num. 29.* vbi dicit omnes in hoc cõuenire, licet diſcrepent in eo quod diligentia prius facienda ſit etiam penes Iudicem ad quem.

Maximè quia ex actis conſtat Agentes pro Duce non fuiſſe vlla formidinis 15
ſpecie detêtos, quominus potuerint omnes appellationes beneuiſas interponere coram Iudice, ſi ità iudicaſſent expedire, cum fecerint plures proteſtationes in iudicio ciuili ſuper montibus aduersùs Cõmiſſarium Cameræ, & contrarium manifeſtè conuincat actus nouiſſimè geſtus à Procuratore Ducis pro ſolutione cenſus penes Tribunal Cameræ; Nam ſicut tu- 16
tiſſimè in eo comparuit, & proteſtatus fuit poſt ſententiam, & ſic tempore, quo Dux iam erat publicè declaratus pro excommunicato, rebelli, ac reo Maieſtatis, eiuſque proteſtationes benignè exceptæ fuerunt, ità fortius ſine vllo metu comparere, proteſtari, & appellationem interponere potuiſſet coram Auditore Cameræ, ſi tale mandatum habuiſſet à Domino, nec credidiſſet illi non expedire, cauſas aſſerti metus, vt vani, ſingulatim exponere in Iudicio, nè ad veritatis indicem reuocatæ, fidem apud omnes amitterent, ſed magis intereſſe, illas in genere per actus clandeſtinè factos ſupponere apud vulgus inſcium, vt ſaltem fallerent ignaros veri.

Præter quam quod appellatio inter- 17
poſita coram honeſtis Viris non operatur effectum ſuſpenſiuum, nec cauſat attentata, niſi prius intimetur Iudici à quo, cum alias non ſit quid ei imputetur, ſi dictam appellationem ignorauit *Franc. in cap. ſi iuſtus metus num. 42. verſ. ſed ad impediendum, & 50. verſ. ſed quid ſi intimatio ibique Prapoſit. ſub num. 20. de appellat. Lancellott. de attent. par. 2 cap. 20. ampliat. 15. num. 21. & ſeq. Scaccia dicta quæſt. 6. num. 31.* nec propterea aſſerta appellatio Ducis coram honeſtis Viris, nõ intimata Auditori Cameræ, valuit eius

proceſſum impedire, & ſententiæ vires eneruare.

18 Quibus vltrà deducta in ſecundo articulo pro reſponſione ſimilis obiecti additur, quod neque appellatio ritè interpoſita, priuſquàm feratur ſententia excommunicationis, vel lapſus ſit terminus excommunicationis, latæ ſub conditione niſi pareatur Iudicis præcepto intrà talem terminum, inducit effectum ſuſpenſiuum, quoties notorium eſt non tenere, quia cauſæ in ea expreſſæ ſunt friuolæ, & confictæ ad protelandum Iudicium; Nam tūc quamuis appellatio præ-
19 cedat, non ſuſpendit ſequentem excommunicationē, quin ſtatim afficiat excōmunicatum, cum appellatio friuola, & eluſoria non debeat appellanti prodeſſe, *vt in ſpecie tenent Abb. in c. Paſtoralis* §. *Verum quia num.* 14. ibi *Aut notorium eſt de Appellati. Sayr. de Cenſur. lib. 1. cap. 16. n. 27.* ibi *ſed neque excommunicatio Alter. eodem tract. lib. 3. diſput. 5. cap. 1. pag. 213. col. 1. litera C.*

Quod autem friuola eſſet hoc caſu pa-
20 tet ex non ſubſiſtentia aſſertæ inimicitiæ cum fratribus Barberinis, à quibus perperam dicitur pendere authoritas Auditoris Cameræ, qui Papæ, & Cameræ Apoſtolicæ, non eorum Auditor eſt.

21 Quintam denique non obligationis cauſarum ad parendum, leuiorem cęteris eſſe, quia exceptio loci non tuti pleniſſimè fuit ex iam dictis excluſa. Impoſsibi-
22 litas verò parendi ſub prætextu, quod loca munita deuenerint ad manus Cameræ Apoſtolicę, priuſquā eſſent lapſi quindecim dies præfixi pro termino ſecundi monitorij tripliciter euitatur in facto.

23 Primo quia dictum ſecundum monitorium emanauit ex benignitate in vim breuis continentis explicitam præſeruatiuam, tàm reatus Ducis ex primo monitorio, & pœnarum in quas inciderat propter delicta commiſſa, & non paritionem in termino illius, quàm Iuris indè Fiſco quæſiti, & declarationem, quod Sanctiſſimus nolebat ſibi manus ligare, quin eius arbitrio poſſet quandocumque etiā cū armis vendicare maieſtatē ſui Imperij, & Ducis inobſequentis cōtumaciam retundere; Vndè nil refert, quod copiæ Pōtificiæ fuerint admotę ad loca munita per Ducem, eaque cęperint, priuſquā ceſſerit vltima dies termini ad demoliendum, & milites dimittendos expreſsi in dicto ſecundo monitorio habente præſeruatiuam, & declarationem ſuperiùs relatas, quia iam pœna dictæ excommunicationis fuerat à Duce merita, & incurſa ex non paritione intrà terminum primi monitorij, eaque verbis claris præſeruata, non remiſſa in ſecundo; Quò fit, vt ſemper integra, & illæſa permanſerit, ac ſi nunquam iſtud ſuperuenerit per *Iura congeſta à Schrader. conſ. 3. num. 57. vol. 1.*

Secundo quod copiæ Pontificiæ non acceſſerunt ad dicta loca munita per Ducem, gratiâ eum puniendi de inobedientia aduersùs præceptum Auditoris Cameræ, qui ſententiam poſteà latam fundauit in delictis ab ipſo Duce commiſsis, muniendo, armando, & alia gerēdo, quæ fuerunt probata in actis, ſed gratia auxi- 24
lium præſtandi apparitoribus miſsis ad exequendum in eiſdem locis mandata, decreta pro Montiſtis, nè Ducis arma, & munitiones impedirent legitimam eorū executionem, nec propterea poteſt dici, quod eripuerint Duci facultatem parendi etiā intrà nouiſſimam diem ex quindecim conceſſis in ſecundo monitorio, ſi non re, ſaltim verbo per declarationē, quæ legitimè fieret in actis, quod ſcilicet parendo dictis præceptis conſentiebat demolitioni omnium nouitatum ab ipſo prius illegitimè factarum, ac Militum dimiſſioni paratus idem re ipſa per ſe agere, ſi res integra foret in manu, ac poteſtate ſua.

Ter-

25 Tertio quia Dux perſtitit in non paritione, & inobedientia vſque in finem ſecundi termini, cum non præceperit Angelerio, vt pareret, quin etiã iſte penes ſe retinuit Milites Ducis, ac Obſides receptos á Marchione Aloyſio Mattheio pro ſecuritate ſua, & dictorum Militum, ſicque continuauit in eodem Crimine, ac eadem non paritione vltrà dictum terminum; Imò Dux ipſe alios milites ad eadem loca mittendos parauit, quos ſolùm dimiſit accepto nuncio deditionis Caſtri, & conſequenter poſt lapſum ſecundi termini, ac vſque in pręſens perſiſtit nullum paritionis ſignum exhibendo, cum nunquam reſipuerit fatendo delicta ab ipſo commiſſa, eorumque veniam humiliter poſtulando à Clementiſſimo Principe.

Neque re itâ ſe habente applicari poſſunt tres concluſiones, quas Author ſubnectit.

Prima, quod excommunicatio nulla, ſit nullius momenti in vtroque foro.

Secunda, quod deliberans eam non ſeruare vti nullam debeat euitare ſcandalum, vt ſinguli noſcant non aſpernari authoritatem Eccleſiæ.

Tertia, quod paſſus excommunicationem iniuſtam, non autem nullam, minimè excommunicatus ſit quoad Deum, & quamuis ratione ſcãdali teneatur eam ſeruare in foro exteriori; ſi tamen tentatis omnibus remedijs Iuris nihil poſſit obtinere, valeat ceſſante ſcandalo omnia facere, ac ſi non eſſet excommunicatus.

Priores enim ceſſant, quia verſamur in excommunicatione valida, & iuſta,
26 nec quoad tertiam concurrunt requiſita per *Sayrum de cenſuris lib. 12. cap. 17. num. 22.* quod Dux ſit vſus omnibus remedijs Iuris, cum neque voluerit vti remedio eidem propoſito per Iudicem cõparendo ad ſe expurgandum ſub ficto colore loci non tuti, ob non ſubſiſtentem cauſam aſſertæ inimicitiæ, cui Author minùs ſincerè tribuit omnia mala, quæ
Dux non implendo ſuam obligationem 27
cum Montiſtis, nec parendo iuſtis monitis Sanctiſſimi ſpontè ſibi parauit.

Ideòque fruſtra ingerit, quatuor Cardinales ſummæ doctrinæ, Bellameram, 28
Florentinum, Alexandrinum, & Caietanum, Gerſonem, Suarez, & alios admittere, quod vbi Summus Pontifex contraueniendo dictamini Iuris gentium vult ſine cauſa, terrore pœnarum ſpiritualium ſpoliare Principem ſua Ditione, poteſt ei reſiſti abſque illarum incurſu,
quia nõ fuit actum de ſpoliando Ducem 29
ſine cauſa contrà dictamen Iuris, ſed de illum iuſtiſſimè puniendo iuxtà dictamen rationis cum vrgentiſſima cauſa, nempè propter illius auſum in parando munitiones, & arma contrà executionem Iuſtitiæ, Leges, & Conſtitutiones Apoſtolicas vigentes in Ducatu Caſtrenſi, & vniuerſo Statu Eccleſiæ, ac etiam in non obediendo præceptis eidem factis ab Auditore Cameræ, & mandatis Sanctiſsimi, cui non ſolum vti Dei Vicario, ſed etiam tanquam ſuo Domino directo omninò parere debebat in re, nec ipſi Duci de Iure permiſſâ, nec Iure ceſſante permittendâ, gratiâ boni publici, nè Populorum quies, & pacificum regimen Status Eccleſiæ vnius nouitatibus per-
turbaretur: Vltrà quod *Suarez ab Au-* 30
thore relatus lib. 4. contra Regem Angliæ de Immunit. Eccleſ. cap. 34. in princip. loquitur de defenſione neceſſaria, & facta debito modo, quorum neutrum verificari poteſt in ea, quam Dux parauit aduerſus executionem faciendam nomine Montiſtarum, cum fuerit illicita, non neceſſaria, & ampliùs parata modo inſueto, quamue re ipſa fecit contra Exercitum Pontificium, cum iuſſerit hoſtiliter in eum procedi, non autem debito modo.

Qua-

Digitized by Google

Quatenus verò deſcendit ad diſcuſſionem interdicti, cui de Iure propter delictum Domini ſubijci poſſunt, omnia loca ei ſubiecta ad *Text. in cap. ſi ſententia*
31 *tia 11. verſ. cæterum de ſent. excomm. in 6. cum ſimilibus*, aſſeritque idem Iudicium de illo fieri debere, quod fit de ipſa excommunicatione, procul dubio ſtante validitate, & Iuſtitia excommunicationis ex iam dictis, fatetur illud etiam validum, & iuſtum futurum eſſe, ſi publicetur.

Nec diſsimilis concluſio firmanda erit in Cedulonibus, quod nequeant di- 32
uelli, & lacerari, dum ipſa excommunicatio tenet.

AR-

ARTICVLVS QVARTVS.

SVMMARIVM.

Rebellio de Iure incurritur nō obediendo Principi, vel non receptando gentem ſuam num. 1. Vel illi reſiſtendo num. 2. Præſertim in his, quæ concernunt ſtatum, ac ſecuritatem Domini, & Territorij n. 3. & per Conſtitutiones Apoſtolicas à munientibus, & facientibus coadunationes Armatorum num. 4.

Oſtenditur Ducem Caſtri incurriſſe in crimen rebellionis tam de Iure communi, quam ex dictis Conſtitutionibus num. 5.

Verba Leonardi inter conſ. Albert. Brun. alleg. ab Authore non applicantur ad rem noſtram num. 6.

Refelluntur declarationes adductæ ad euitandam pœnam rebellionis, quia in omnibus reſiſtit factum num. 7.

Dominus directus poteſt propria authoritate feudum tollere Vaſſallo, ſi eius inobedientia eſt notoria num. 8.

Filij Rei Maieſtatis priuantur ſucceſſione tam de Iure communi, quam ex Conſtitutione Sixti V. num. 9.

1 Rebellio de Iure incurritur non obediendo Principi, vel non receptando gentem ſuam, *vt loquitur Bartol. in Extrauag. Qui ſint rebelles, verb. tenore n. 4.*
2 ac etiam illi reſiſtendo, quia prouenit ex contumacia, aut inobedientia, quando quis ſe ipſum à Principis Imperio ſubducit, eique reſiſtit *l. 2. C. de Deſert. lib. 12. Aym conſ. 452. nu. 13. Caualcan. de Brach. reg. par. 1. num. 66 Andr. Knich. in Encyclop. cap. 3. num. 72. verſ. ſubditus,* præſertim in
3 his quæ concernunt ſtatum, & ſecuritatem Domini, ac Territorij *Alex. conſ. 103. nu. 18. verſ. quia verum vol. 1. Felin. conſ. 12. num. 2. Andr. Knich. dicto cap. 3. num. 73. verſ. præſertim.* Ex Conſtitutionibus verò Apoſtolicis relatis in primo articulo 4
Rebellio incurritur à facientibus coadunationes armatorum ſine ſcientia Romani Pontificis, vt expreſsè cauetur in §. 3. 1. Alexandri Sexti, ibi, *ſicque conuenientes pro rebellibus eiuſdem Romanæ Eccleſiæ haberi, & cenſeri debere volumus,* ac eodem §. 3. 75 Sixti Quinti, ibi, *quod ſi quis contra præſentem noſtram prohibitionem, & interdictum directè, vel indirectè quicquam attentare, aut aliis mandare, vel tranſgreſſoribus adhærere, & facere præſumpſerit etiã ſi Dux &c. extiterit, læſæ maieſtatis reatum verum, ac nulla Iuris, aut hominis fictione confictum crimen incurriſſe, & eiuſdem Eccleſiæ Romanæ rebellem fore, & eſſe &c. ſtatuimus, decernimus, & declaramus.*

Indè verò liquet iuſtè pœnam rebellionis Duci comminatam fuiſſe in dictis 5
Monitorijs, tàm reſpectu Iuris communis, quia non paruit Summo Pontifici in concernentibus ſtatum, & ſecuritatem ditionis Eccleſiæ, tantumue abeſt, quod gentes illius admiſerit, quinimò conſtat iuſsiſſe illis hoſtiliter reſiſti, quàm ratione dictarum Conſtitutionum, dum eis expreſsè contrauenit, vt latè probatum fuit in eodem primo articulo. Quarè non ſine mala ratione ab Authore inſeruntur verba *Leonardi inter conſil. Alberti Bruni lib. 1. conſ. 114. num. 314.* loquentis de 6
Duce Vrbini reſpectu Leonis Decimi, cum ratio cauſæ publicæ omnibus notæ, & in actis etiam ad maiorem cautelam probatæ non ſinat hoc caſu illam poſſe referri ad priuatam aſſertæ inimicitiæ, quia in claris ceſſat ſuſpicio.

Nec vera facti ſeries patitur conuenire 7
vllam ex quatuor declarationibus ab eo adductis; Non primam quod contumax inobediendo præceptis ſui Principis non ſit rebellis, quando ſunt materialiter iniuſta, quia prædictis ineſt ſumma Iuſtitia firmata in primo articulo. Minus alteram

I quan-

Digitized by Google

quando vocatur ad locum non tutum, non ſolum quia Titulus aſſertæ inimicitiæ fratrum Barberinorum eſt confictus, ſed ampliùs quia dicta exceptio non liberat à comparitione coram Iudice loci commiſſi delicti, nec iuuat, ſtante ſaluo conductu oblato ſub fide Principis, quã prorſus inueriſimile eſt lædere voluiſſe eos, quibus Dux ſine cauſa Inimicorum nomen impingit: Nec tertiam quando ſubeſt aliqua iuſta cauſa, quæ poſſit eum veriſimiliter excuſare à dolo, & Principis contemptu; Nam fruſtrà hic queritur, dum certa ſunt teſtimonia, quod Dux voluit armis reſiſti gentibus Summi Põtificis; Nec denique vltimam quando Dominus directus ſine cauſæ cognitione faceret præceptum Vaſſallo; nam prætermiſſo, quod hìc illa præceſſit, vt liquet ex Actis. Reſpondetur notorium fuiſſe in facto, quod Dux fecerat munitiones inſolitas, & milites cum armis, & Annona coegerat; ac etiam in Iure quod hæc minimè facere poterat ex dictis in primo articulo, quo caſu locus eſt doctrinæ *Iacobi de Beluiſo, & Baldi in cap. 1. num. 25. verſ. ſecundum Iacobum de Beluiſo de allo-*
8 *dijs*, dicentium, quod quando Dominus directus habet iuriſdictionem, & inobedientia Vaſſalli eſt notoria, tunc ille poteſt propria authoritate feudum tollere Vaſſallo, & Fiſcum mittere in poſſeſſionem.

Fruſtrà verò exclamatur in fine, quod Ducis Inimici peruenerint ad gradum priuandi eius filios, & deſcendentes ſucceſſione feudorum derogando ſubſtitutionibus contentis in contractibus initis cum Camera, & inueſtituris conciſtorialibus expreſsè loquentibus de crimine læſæ maieſtatis; Hoc enim vltra diſpoſitionem Iuris communis in crimine læſæ 9
maieſtatis *ad text. in l. quiſquis 5. §. filijs, vbi notatur C. ad leg. Iul. Maieſt.* expreſsè ſtatuit Sixtus Quintus dicta Conſtit. 75. ſub §. 3. ibi, *Ducatus verò, Dominia &c. Fiſco noſtro, & Cameræ prædictæ ipſo facto abſque aliqua declaratione etiam in præiudicium filiorum, & aliorum deſcendentium in Inueſtituris, conceſſionibus, ſeù aliis diſpoſitionibus comprehenſorum in omnibus, & per omnia, perindè ac ſi per lapſum temporis illorum conceſſionis, & finitam lineam ad ipſam Cameram deuoluta eſſent, confiſcamus, & applicamus* cum ampliſsima derogatione adiecta in §. 5.

Digitized by Google

APPENDIX.

SVMMARIVM.

IVdicium incoatum fuit ſub Cardinali Raggio tunc Auditore Cameræ die 21. Auguſti, non die 23. Decembris ſub nouo Auditore ei ſuffecto, nec ideò ſententia ab iſto lata die 13. Ianuarij, poteſt dici præcipitanter lata intra dies vnum ſupra viginti, ſed intra ſpatium quinque menſium.

Habetur Summ. lit. E.

APpendix autem ſuper ſententia Auditoris Cameræ, quia recinit eadem non indiget aliâ reſponſione, niſi quatenus Author vult lectoribus inſinuare, quod præcipitanter lata ſit intrà dies vnum ſupra viginti decurſos à die 23. Decembris, quo inquit, Sanctiſſimũ nouo Auditori Cameræ dediſſe authoritatem oportunam, vſque ad 13. Ianuarij, quo fuit ab eo promulgata; nam Iudiciũ longè prius incoatum fuit ſub Cardinale Raggio die 21. Auguſti, nec proptereà debuit inſinuari, vt cœptum à die ſuffectionis noui Auditoris Cameræ in locum dicti Cardinalis, cum ab ipſo tantum fuerit proſecutum, & terminatum ex actis prius geſtis, quæ intrà dictum tempus potuit abundè perſcrutari, vt ſententiam ferret, quæ ſola tunc ſupererat ad perfectam abſolutionem Iudicij non præcipitanter, ſed intrà quinque menſium ſpatium perfecti.

Veritate igitur plenè vindicata ex iam dictis ab obſcura caligine, qua conatus eſt Author libelli eam inuoluere, vt Ducis cauſam iuſtam aſſereret, quam tamen Auditor Cameræ iniuſtiſsimam cenſuit nõ ſolum poterit, quoad fratres Barberinos Orbi exhibitos pro notorijs Inimicis eiuſdem Ducis aſſeri cum Regio Vate Pſalmo 108. verſ. 5. Poſuerunt aduerſus me mala, & odium pro dilectione, ſed etiam quoad Pontificiam Maieſtatem cum eodem dici Pſalmo 106. verſ. 42. Videbunt recti, & lætabuntur, & omnis iniquitas opilabit os ſuum.

Digitized by Google

Digitized by Google

A OCTAVIANVS RAGGIVS Prothonotarius Apoſtolicus Vtriuſque Signaturæ Sanctiſſimi D.N. Papæ Referendarius, necnon Curię cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Generalis Auditor, Romanæq; Curiæ Iudex Ordinarius, ſententiarum quoque, & cenſurarum tam in eadem Romana Curia, quàm extra eam latarum, ac litterarum Apoſtolicarum quarumcũque vniuerſalis, & merus Exequutor ab eodem Sanctiſs. Domino Noſtro ſpecialiter deputatus. Vniuerſis, & ſingulis RR.DD. Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Decanis, Archidiaconis, Scolaſticis, Cantoribus, Cuſtodibus, Theſaurarijs, Sacriſtis, Parrochialiumque Collegiatarum Eccleſiarum Rectoribus, ſeu omnibus earumdem Plebanis, Viceplebanis, Curatis, vel non Curatis, cæterisq; Presbyteris, necnon Clericis, Notarijs, Tabellionibus quibuſcumque illiq; vel illis, ad quem, vel ad quos præſentes noſtræ litteræ peruenerint, ſeu quomodolibet præſentabuntur, ſalutem in Domino, &c. Noueritis qualiter infraſcripta die comparuit coram Nobis R.P.D. Ioannes Ghinus Sanctiſs. D.N. Papæ, eiuſq; Reuerendæ Cameræ Apoſtolicæ Generalis Commiſſarius, Nobisq; exhibuit, atq; pręſentauit quaſdam litteras Apoſtolicas in forma Breuis ſub Anulo Piſcatoris, vt apparet expeditas; nobisq; in ipſarum inſcriptione directas, ſub his verbis, videlicet, Dilecto filio cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ Generali Auditori tenoris infraſcripti, videlicet, VRBANVS PAPA VIII. Dilecte fili ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Cum nuper, vt accepimus dilectus filius nobilis vir Odoardus Farneſius Dux Caſtri, ſuiq; Status ſit. in noſtra Prouincia Patrimonij Sancti Petri nuncupata, ac noſtræ, & Sedis Apoſtolicæ Feudatarius indebitè, ac de facto in Ciuitatem Caſtri, eiuſq; Arcem; ac Terram Montis Alti, aliaq; loca Ducatus, ſeu Status Caſtri huiuſmodi vltra ſolitum introduci fecerit milites etiam exteros, armiſq; & munitionibus etiam militaribus, nulla à Nobis petita, nec obtenta licentia, eamdem Ciuitatem, & Arcem, Terramq; ſeu loca prædicta muniuerit, ſeu muniri fecerit, & faciat de præſenti, aliæq; nouitates ipſi feudatario nullatenus permiſſas fecerit in noſtrum, & Sedis Apoſtolicæ præiudicium: Propterea Nos ad conſeruandum iura Sedis Apoſtolicæ illæſa. Motuproprio, & ex certa ſcientia, maturaq; deliberatione noſtris, deq; Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine. Tibi per præſentes committimus, & mandamus quatenus eumdem Odoardum Ducem auctoritate noſtra moneas, eiq; ſub maioris excommunicationis, rebellionis, criminis læſæ Maieſtatis, deuolutionis præfati Ducatus, & Status, aliorũq; feudorum; quæ ipſe ab eadem Sede obtinet, cõfiſcationisq; bonorũ pœnis eo ipſo etiã abſq; aliqua declaratione incurrendis præcipias, vt infra terminum per te præfigen. debeat amouere, & tollere, ac reſpectiuè dirui facere omnes præfatas munitiones, ac innouationes factas, & quæ de præſenti in dictis Ciuitate, Arce, Terra, & locis eiuſdem Ducatus, & Status fiunt, illaſq; & reliqua quomodolibet innouata reuocare, & omnia in priſtinum Statum reducere, ſeu reduci facere, præſertim reuocando, & dimittendo milites quoſcũq; introductos vltra conſuetum præſidium, neuè alios quoslibet milites per ſe, vel alium, ſeu alios in præfatum Statum, & Ducatum, eiuſq; loca quæcũque inducat, & in euentum, in quem Odoardus Dux præfatus monitioni, præceptoq; huiuſmodi integrè non paruerit; Tibi per eaſdem præſentes committimus, & mandamus; vt cauſam, & cauſas deuolutionis Ducatus, & Status prædicti, aliorumq; feudorum, quæ dictus Odoardus Dux à præfata Sede

 obti-

obtinet, ac declarationis incurſus pœnarum prædictarum, & cuiuslibet earum; ad quam, & quas nomine Cameræ noſtræ, & Sedis Apoſtolicæ coram Te, premiſſorum occaſione moueri contigerit cum omnibus, & ſingulis eorum annexis, dependen. inciden. & emergen. totoq; negocio principali, & iuxta tuas ordinarias facultates procedendo, omniq; & quacumque appellatione, reclamatione, recurſu, & dilatione remotis cognoſcas, & fine debito termines eũdem Odoardum Ducem, omnesq; alios in exequutione preſentium cuiuſcunque numeri fuerint, toties, quoties opus fuerit, ac Tibi videbitur cites, & citari facias, illisq; ac quibuſuis alijs cuiuſcũque ſtatus, gradus, conditionis, & dignitatis etiam Eccleſiaſticę, ac ſpeciali, & indiuidua mentione dignis ſub prefatis & alijs cenſuris, et pœnis etiam pecuniarijs arbitrio tuo imponendis, et moderandis inhibeas Contradictores quoslibet, et Rebelles, Tibiq; in premiſſis non parentes in pœnas, et cenſuras huiuſmodi incidiſſe declarando, ipſasq; pœnas, et cenſuras aggrauando, et reaggrauando. Non intendimus autem per dilationes in monitorio in exequutione preſentium ponendas Nobis ligare manus, aut precludere viam quominus ſi ad noſtram notitiam, durantibus prædictis dilationibus deuenerit aliquid factum, attentatum, & innouatum fuiſſe, & in futurum etiam pendentibus eiſdem dilationibus attentari, & innouari, quod Nobis videatur de facto reuocan. poſſimus illud, & omnia inde ſequuta etiam de facto reuocare, & reuocari facere, ac in priſtinum reducere, & alijs iuris, & facti remedijs magis proficuis vti, & ad pœnas de iure inflictas contra ipſum Ducem, & alios quoſcumque culpabiles repertos procedere, & procedi facere, minusq; per eaſdem præſentes noſtras litteras, & litteras monitoriales illarum vigore expedien. iuribus hactenus Fiſco, & Cameræ noſtræ quomodocumq; & qualitercũque acquiſitis in aliquo preiudicatum cenſeri. Volumus etiam, quòd Tu, intimato ſaltem tuo monitorio in perſonam dilecti filij Rainutij de Monguidis aſſerti Agentis dicti Odoardi Ducis, ac præfato Odoardo Duci alijsq; prædictis per affixionem in Valuis Eccleſiarum Bononien. & Ferrarien. ac etiam in Valuis Baſilicæ Sancti Petri, & in acie Campi Floræ de Vrbe, deinde contra ipſum Odoardum Ducem, omnesq; alios prædictos non parentes, procedas, procediq; mandes, & facias, perinde ac ſi eſſent in quolibet actu moniti, citati, & intimati. Nos enim Tibi, omnem facultatem, plenam, & amplam, neceſſariam, & opportunam deſuper concedimus, & impartimur, ac etiam ex nunc, quæ præſentium vigore facta fuerint valere, plenamq; roboris firmitatem obtinere decernimus, & declaramus, illaq; approbamus, & confirmamus. Supplentes omnes, et ſingulos defectus quantumlibet ſubſtantiales, ſi qui deſuper interuenerint. Non obſtantibus præmiſſis, et Conſtitutionibus Apoſtolicis etiam in Concilijs Generalibus editis, et præſertim fæl. rec. Bonifacij VIII. Predeceſſoris noſtri de vna, Concilij Generalis de duabus dietis, ac ſtilo Curiæ, necnon Ducatus, ſeu Status, ac Ciuitatis, Terrarum, & locorum prædictorum, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & iuratis, & conſuetudinibus quantumlibet antiquis, & antiquiſſimis, Priuilegijs quoque indultis, inueſtituris, renouationibus, et litteris etiam Apoſtolicis prædicto Odoardo Duci, eiusq; Anteceſſoribus, et Succeſſoribus, et quibuſcũque alijs etiam eiſdem Ducatui, ſeu Statui, ac Ciuitati, Terris, et alijs locis ſub quibuſcumque tenoribus, et formis, ac quibuſuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijſq; efficacioribus, et inſolitis clauſulis, et irritantibus, alijsq; decretis etiam

in

Digitized by Google

in inueſtitura, inueſtituris, ac infeudationibus, et conceſſionibus dicti Ducatus, ſeu Status, ac Ciuitatum Parmæ, et Placentiæ, aliarumq; Ciuitatum, Terrarum, Oppidorum, Caſtrorum, et locorum prædictorum etiã per piæ me. Paulum Papam Tertium, etiam Prædeceſſorem noſtrum, ac quoſcunque alios etiam motu, ſcientia, deliberatione, et poteſtatis plenitudine paribus etiam conſiſtorialiter, & aliàs quomodolibet conceſſis, et emanatis, ac etiam iteratis vicibus pluries approbatis, et innouatis etiam diſponentibus contra Ducem Parmæ, et Placentiæ pro tempore exiſten. dictiq; Ducatus, ſeu Status, aliarumq; Ciuitatum, Terrarum, Oppidorum, Caſtrorum, et locorum prædictorum poſſeſſorem, niſi ex machinatione, vel alia offenſione in propriam perſonam Romani Pontificis procedi non poſſe, vel nonniſi prius citato eius miniſtro, ſeu officiali in Romana Curia pro eodem Reſidente, vel nonniſi alia ſpeciali forma in citando, monendo, et procedendo, ſeruata. Quibus omnibus, et ſingulis etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumq; totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica; expreſſa, et indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, illorum omnium, et ſingulorum tenores, præſentibus pro plenè, et ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad effectum præmiſſorum, et inde quomodolibet reſultantium derogamus, ceterisq; contrarijs quibuſcunque, aut ſi eidem Odoardo Duci prædicto, et pro tempore exiſtenti, ac quibuslibet alijs ſit à Sede prædicta indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari, ac contra illum, et alios procedi non poſſit à quocumque etiam per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, et expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem, et quauis alia dictæ Sedis indulgentia generali, vel ſpeciali, per quam præſentibus non expreſſam, vel totaliter non inſertam effectus huiuſmodi gratiæ impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de qua, cuiuſq; toto tenore habenda ſit in noſtris litteris mentio ſpecialis. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem ſub annulo Piſcatoris die 17. Augusti 1641. Pontificatus noſtri anno decimo nono M.A. Maraldus loco † annuli Piſcatoris. Quas quidem litteras, ea qua decuit reuerentia recepimus, poſt quarum litterarum Apoſtolicarum præſentationem Nobis, ſic, vt præfertur factam idem R.P. D. Commiſſarius, ſine præiudicio omnium, & ſingulorum iurium hactenus quomodocumque, & qualitercumque Fiſco, & Cameræ Apoſtolicę acquiſitorum, & facultatis reuocandi, & reuocari petendi, & faciendi omnia, & ſingula, quæ Sanctiſſimo D. Noſtro etiam de facto reuocanda viderentur iuxta formam præinſertarum litterarum Apoſtolicarum, & aliàs omni meliori modo, de quo, & omnibus alijs de iure, & ſtilo proteſtandis, expreſsè proteſtatur, itaut proteſtatio huiuſmodi intelligatur facta, & repetita in qualibet parte harum noſtrarum litterarum monitorialium, & in toto proceſſu deſuper imposterum fabricando, & non alias, &c. Expoſuit, quòd licet omnibus, & quibuſcumque Sanctæ Sedis Apoſtolicæ feudatarijs abſque prædicti Sanctiſſimi D. Noſtri Papæ, & Romani Pontificis pro tempore exiſtentis ſpeciali, & expreſſa licentia, & particulari indulto in Statibus, Ciuitatibus, Terris, Caſtris, & locis, quos, & quas ab eadem Sede Apoſtolica in feudum retinet vltra ſolitum, ſub quouis prætextu, quæſito colore, cauſa, vel ingenio milites exteros, arma, munitioneſq, militares introducere, eaſdemq; Ciuitates, Arces Terras, & loca prædicta munire, aliaſq; no-

uita-

uitates facere minimè liceat,ſiuè permiſſum in dictæ Sedis præiudicium. Nihilominus Sereniſſimus D. Odoardus Farneſius Dux Caſtri, ſuiq; Status ſit. in Prouincia Patrimonij Sancti Petri nuncupata Sanctiſſimi D. Noſtri, & Sedis Apoſtolicæ feudatarius immemor debiti obſequij, & reuerentiæ, quibus etiam vti feudatarius erga eũdem D. Noſtrum Papam directum, & Supremum Dominum tenetur, & obligatus exiſtit, neſcitur quonam iure ſuffultus indebitè, & de facto in Ciuitatem Caſtri, eiuſq; Arcem, & Terram Montis Alti, aliaq; loca Ducatus, ſeu Status Caſtri per ipſum in feudum à dicta Sancta Sede Apoſtolica retenta, præter ſolitum, nulla petita, ſeu obtenta ab eodem Sanctiſſimo licentia, introduci nuper fecit milites etiam exteros, armiſq; & munitionibus etiam militaribus eamdem Ciuitatem, & arcem, terramq; ſeu loca prædicta muniuit, ſeu muniri fecit, & facit de præſenti, aliaſq; illicitas nouitates feudatarijs de iure non permiſſas, prohibitaſq; etiam fecit, & facit in non modicum ſupremi dominij eiuſdem Sanctiſſimi D. Noſtri Papæ, & Sanctæ Sedis Apoſtolicæ præiudicium. Fuimus propterea pro parte, & ad inſtantiam ſupraſcripti R. P.D. Ghini Commiſſarij, debita cum inſtantia requiſiti, quatenus pro conſeruatione iurium Sedis, & Cameræ Apoſtolicæ monitorium contra eumdem Sereniſſimum D. Ducem iuxta formam, & tenorem ſupradictarum præinſertarum litterarum Apoſtolicarum ſuper reuocatione prædictarum nouitatum in dicta Ciuitate, & locis eiuſdem Ciuitatis, Ducatus, & Status Caſtri, eorumq; in priſtinum reductione ſub pœnis in eiſdem litteris apoſtolicis contentis, & expreſſis, in euentum contrauentionis etiam extra Romanã Curiam, & ad partes in forma ſolita, & conſueta iuxta noſtri Tribunalis ſtylum, ac aliàs omni meliori modo concedere, & ſuper pręmiſſis omnibus, & ſingulis ius, & iuſtitiam miniſtrare dignaremur. Nos igitur Octauianus Raggius Iudex, & Auditor præfatus attendentes requiſitionem, & petitionem huiuſmodi fore iuſtam, & rationi conſonam quodque iuſta petenti, non eſt denegandus aſſenſus inhærendo ſupradictis litteris apoſtolicis ſuperius inſertis, & regiſtratis, ac facultatibus nobis conceſſis, ac etiam auctoritate Noſtri Officij vti volentes, ſupradictum monitorium eidem R. P. D Commiſſario concedendum fore, & eſſe duximus, prout per præſentes concedimus. Quocirca vobis omnibus, & ſingulis ſupradictis, ac veſtrum cuilibet inſolidum committimus, & in virtute ſanctæ obedientię ſtrictè pręcipiendo mandamus, quatenus ſtatim viſis, & receptis præſentibus, & poſtquam præſentium vigore fueritis requiſiti, ſeu alter veſtrum fuerit requiſitus ex parte noſtra, immò verius apoſtolica auctoritate eũdem Sereniſſimum D. Ducem, omneſq; alios in executione præſentium nominan. & cognominan. moneatis, & requiratis, eiq; præcipiatis, & mandetis, prout Nos per præſentes præcipimus, & diſtrictè præcipiendo mandamus, ipſumq; requirimus, & monemus primò, ſecundò, tertiò, & peremptorio termino, quatenus infra 30. dierum ſpatium ab executione præſentium incipien. & vt ſequitur finien. quorum triginta dierum, 10 pro primò, 10 pro ſecundò, & reliquos decem dies pro vltimo, & peremptorio termino, ac canonica monitione eidem Sereniſſimo D. Duci aſſignamus, & vos aſſignetis ſub maioris excommunicationis, rebellionis, criminis læſæ Maieſtatis, deuolutionis pręfati Ducatus, & Status Caſtri, aliorũq; feudorum, quæ ipſe Sereniſſimus Dux ab eadem Sede obtinet confiſcationis omnium, & quorumcumq; ſuorum bonorum mobilium, ſtabilium, pręſentium, & futurorum vbique exiſten. Reuerendę Camerę

rę

ræ Apoſtolicæ prædictæ in euentum Cōtrauentionis applican. & eo ipſo de facto, & abſq. aliqua declaratione incurren. pœnis ſtatim omni mora,& dilatione poſtpoſita realiter,& cum effectu debeat amouere, & tollere reſpectiuè dirui facere omnes præfatas munitiones, & innouationes factas, & quæ de præſenti in dictis Ciuitate, Arce, & Terra, ac locis eiuſdem Ducatus, & Status fiunt, illaſq. & reliqua quomodolibet innouata reuocare, ſeù reduci facere, præſertim reuocañ, & dimitteñ milites quoſcunq. introductos vltrà conſuetum præſidium Ciuitatis, Arcis, Terræ, & locorum prædictorum neuè alios milites per eumdem SereniſſimumD.Ducem,vel alium, ſeu alios in præfatum Statum, & Ducatum, eiuſque loca quęcumq. induci præinſertiſq. litteris Apoſtolicis in omnibus, & per omnia præcisè paruiſſe, & inuiolabiliter obſeruaſſe, & exequutioni demandaſſe. Certificantes eumdem Sereniſſimum D:Ducem, quòd ſi in dicto termino ſibi præfixo in præſentibus noſtris litteris monitorialibus integrè,& in omnibus, & per omnia non paruerit, ſeù parere non curauerit, vel neglexerit, ſeù diſtulerit Nos ad cenſurarum & pœnarum prædictarum ei, vt ſupra comminatarum incurſus declarationem, Cedulonumq. dictæ excommunicationis, ac mandatorũ deſuper neceſſariorum, & opportunorum pro omnium, & quarumcumq. prædictarum pœnarum executione,relaxationem, affixionem, publicationemq. reſpectiuè omninò deueniemus, & procedemus iuſtitia mediante non obſtan. omnibus illis, quæ idem Sanctiſs. D. N. in præinſertis litteris Apoſtolicis, voluit non obſtare, cæteriſq. contrarijs quibuſcumq.ad fauorẽ dicti Sereniſsimi D. Ducis quomodolibet facieñ quibus in eiſdem præinſertis litteris Apoſtolicis fuit ſpecialiter, & expræſsè ab eodem Sanctiſsimo derogatum. Volumus autem, & auctoritate noſtra, ac etiam in præinſertis litteris Apoſtolicis Nobis conceſſa decernimus præsẽtes noſtras litteras monitoriales in Romana Curia ad valuas Baſilicę Principis Apoſtolorum, & in acie Campi Floræ,necnon in perſonam D.Raynutij de Monguidis aſſerti Agentis ſupradicti Sereniſſimi D. Ducis,& extra Curiam in valuis Eccleſiarum Bononieñ, & Ferrarieñ affigeñ, & publicañ etiam per dimiſſionem, & affixionem reſpectiuè illarum copiæ,& in actis infraſcripti noſtri Notarij legitimè reproductum, ità eumdem Sereniſſimum D.Ducem Odoardum monitum arctare, & aſtringere perindè valeant, ac ſi perſonaliter, & magis legitimè exequutæ forent, contrarijs quibuſcumq. non obſtãtibus, In quorum omnium, & ſingulorum fidem has præſentes fieri, & per infraſcriptum Curiæ noſtræ Notarium ſubſcribi, ſigilloq. noſtro, quo in talibus vtimur, iuſſimus, & fecimus impreſſione muniri. Dat Romę ex Aedibus noſtris Anno Domini milleſimo ſexcenteſimo quadrageſimo primo, Indictione nona, die verò vigeſima prima menſis Auguſti Pontificatus autem Sanctiſs. in Chriſto Patris, & D. N. D.Vrbani Diuina Prouidentia Papæ VIII. Anno decimonono.

Octauianus Raggius Auditor, & Iudex, Commiſſarius. Dominicus Fonthia Curię cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Notarius.

Loco ✠ ſigilli.

Die 24. Auguſti 1641. executum fuit perſonaliter contra D.Raynutium de Monguidis per me H. Vecch-

Die 26. Auguſti 1641. affixum, & publicatum fuit ad valuas Baſilicæ Principis Apoſtolorum, & in Acie Campi Floræ per me Camillum Curſorem Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ.

Die 25. Menſis Auguſti anni 1641. ſupradictæ litteræ monitoriales modo, & forma, prout in eis diſponitur fuerunt lectæ, & publicatæ ad valuas Eccleſiæ Cathedralis Ciuitatis Ferrariæ per Ioannem filium Alexandri de Accentis Commendatarium criminalem, & publicum nuncium præfatæ Ciuitatis, & poſtea pereumdem illarum copia ad eaſdem valuas affixæ, & aliàs prout latius apparet ex eius relatione à tergo earumdem litterarum originalium exiſtente rogata per Aurelium de Montanis publicum Notarium & legalitate eiuſdem Ciuitatis munita.

Die 25. menſis Auguſti anni 1641. ſupradictæ litteræ monitoriales modo, & forma, prout in eis diſponitur fuerunt lectæ, & publicatæ in Eccleſia Metropolitana Bononienſi per Lucham Luchinum vnum ex Mazerijs fori ciuilis Eminentiſſimi, & Reuerendiſsimi D. Cardinalis Bononiæ Legati, & poſtea per eumdem illarum copia ad valuas eiuſdem Eccleſiæ affixæ, & aliàs prout latius apparet ex eius relatione à tergo earumdem litterarum originalium exiſtente, rogata per Dominicum de Pelle Notarium publicum Bononienſem, & legalitate Correctorum, & Conſulum Almi Collegij Notariorum prędictæ Ciuitas munita.

B OCTAVIANVS RAGGIVS Prothonotarius Apoſtolicus vtriuſque Signaturæ Sanctiſs. D. N. Papæ Referendarius, necnon Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Generalis Auditor, Romanæq; Curię Iudex ordinarius, & in hac cauſa ſpecialiter ab eodem SS. D. N. Papa deputatus, ſententiarum quoq; & cenſurarũ tàm in eadem Romana Curia, quàm extrà eam latarum, ac litterarum Apoſtolicarum quarumcumq; vniuerſalis, & merus exequutor ab eodem Sanctiſs. ſpecialiter deputatus. Vniuerſis, & ſingulis RR. DD. Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Diaconis, Archidiaconis, Scholaſticis, Cantoribus, Cuſtodibus, Theſaurarijs, Sacriſtis, Parochialiumq; Collegiatarum, Eccleſiarum, Rectoribus, ſeù omnibus earumdem Plebanis, vice Plebanis, Curatis, vel non Curatis, ceteriſq; Presbyteris, necnon Clericis, Notarijs, Tabellionibus quibuſcumq; illiq; vel illis, ad quem, vel ad quos præſentes noſtrę litterę peruenerint, ſeù quomodolibet præſentabuntur, ſalutẽ in Domino. Noueritis, qualiter infraſcripta die comparuit coram Nobis Per Illuſtr. & Excellentiſſimus D. Fauſtus Gallutius Sanctiſs. D. N. Papæ, eiuſq; Reuerendæ Cameræ Apoſtolicæ Generalis Procurator Fiſcalis, nobiſq; exhibuit, atq; prę- ſentauit quaſdam litteras Apoſtolicas in forma Breuis ſub Annulo Piſcatoris expeditas, nobiſq; in ipſarum inſcriptione, vt apparet directas tenoris infraſcripti videlicet. VRBANVS PAPA VIII. Ad futuram rei memoriam. Cum ex Sedis Apoſtolicæ ſingulari gratia fuerint per fel. rec. Clementem VIII. Prædeceſſorem noſtrum bo. me. Raynutio Parmæ, & Placentiæ, ac Caſtri Duci erecti tàm Mons Plani, Abbatiæ, quàm Mons Farneſius primæ Erectionis nuncupat. ad rationem ſcutorum annuorum quinq; cum dimidio pro quolibet loco, & anno ſoluendorum ex fructibus, & redditibus Ducatus, & ſtatus Caſtri, eiuſq; Ciuitatis, Oppidorũ, ac Tenutarum in Prouincia noſtra Patrimonij Sancti Petri nuncupat. conſiſtentium, aliorumq; bonorum, & deindè à Nobis fuerint conceſſæ dilecto filio nobili viro Odoardo Farneſio prædicti Raynutij filio in eiſdem Ducatibus ſucceſſori, duæ additiones locorum prædicti montis Farneſij cum decretis, & promiſſionibus nedum ſoluendi fructus montiſtis, ſed etiam illos intrà certa tempora extinguendi, demum ipſe Odoardus Dux obtinuerit per nos ad effectum prædictos montes extinguendi nouum montem Farneſium ſecundæ Erectionis nuncupat. pro locis duodecies cẽ-

tum

tium millibus,& vltrà ad rationem ſcutorũ annuorum quatuor cum dimidio ſuper eiſdem dotibus erigi cum decretis,& conditionibus, promiſſionibus, & obligationibus ſuis, quas, & quæ non adimpleuit, itaut nec fructus nec ſors principalis locorum extractorum,& cum effectu extinctorum à multo tempore citrà Mõtiſtis, inter quos extant etiam pupilli, viduæ, Monaſteria, & loca pia, quę indè viuunt & ſubſtentantur minimè ſoluti fuerint. Propterea tàm nomine Cõmiſſarij Cameræ Apoſtolicæ ad fidem publicam conſeruandam quàm ipſorum montiſtarum ad eorum ſatisfactionem, & indemnitatem obtinẽ, fuit inceptum agi coram dilecto filio noſtro S. R. E. Cardinali Camerario contrá eumdem Odoardum Ducem, qui, vt aſſeritur,timens pro præmiſſis relaxari mandadata etiam executiua, illaq; exequutioni demandari ſuper eiſdem montium dotibus, & præſertim ſuper eodẽ Caſtri Ducatu auſus fuit indebitè & ſeditioſè ad curſũ iuſtitiæ impediendũ,& exequutionẽ mandatorum effugiendum, nullaq, à nobis petita, nec obtenta licentia milites etiam exteros in Ciuitatem Caſtri, & illius Arcem, ac Terram Montis Alti,aliaq; loca Ducatus, ſeù Status Caſtri huiuſmodi vltrà ſolitum introduci, armiſq; & munitionibus etiam militaribus muniri facere pænas feudatarijs S.R.E. præcipuè ex Conſtitutionibus Aegidianis per Sedem Apoſtolicam, & præſertim à fel.mem.Paulo Papa III. Prædeceſſore noſtro anno 1537. confirmatis, & reſpectiuè ad totam temporalem Ditionem Romanæ Eccleſiæ extenſis aliaſq; pænas, & cenſuras quomodolibet aduerſus ſimilia perpetrantes inflictas incurrendo. Hinc eſt, quòd Nos, qui Iuſtitiam vnicuiq; miniſtrare, ac iura Sedis Apoſtolicæ illæſa conſeruare ex onere Paſtorali tenemur,habita de prædictis nouitatibus notitia per alias noſtras litteras in ſimili forma Breuis expeditas ſub die decima ſeptima Auguſti proximè præteriti commiſimus, & mandauimus Dilecto filio cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ Generali Auditori,vt eumdem Odoardum Ducem moneret, eiq; ſub maioris excommunicationis, rebellionis, criminis læſæ Maieſtatis,deuolutionis prædictiDucatus, & Status Caſtri aliorumq; feudorum, quę ipſe ab eadem Sede obtinet, confiſcationiſq; bonorum pænis eò ipſo abſq; aliqua declaratione incurrendis pręciperet,vt infrà terminum eidem Odoardo Duci præfigendum deberet amouere, & tollere reſpectiuè dirui facere omnes pręd ctas munitiones, ac innouationes tunc factas, & quæ tunc temporis in dictis Ciuitate,Arce Terra,& locis eiuſdem Ducatus, & ſtatus fiebant, illaſq; & reliqua quomodolibet innouata reuocare, & omnia in priſtinum ſtatum reducere, ſeu reduci facere, præſertim milites quoſcũq, in dictis locis introductos vltra conſuetum præſidium dimittendo, ac licentiando, & alios quoslibet milites per ſe, vel aliũ, ſeù alios nullatenus introducendo, & in euentum,quòd Odoardus Dux prædictus monitioni, ſeù præcepto prædictis integrè non paruiſſet, eidem A.C.cauſam,& cauſas deuolutionis Ducatus,& Status Caſtri prædicti,aliorũq; feudorum, quæ ipſe Odoardus Dux à dicta Sede Apoſtolica obtinet, & declarationis incurſus pœnarum prædictarum, & cuiuslibet earum, ac quam, & quas nomine Cameræ, & Sedis prædictæ moueri coram ipſo contigiſſet commiſimus, cũ pręſeruatione Iurium Cameræ prædictæ, & Fiſco acquiſitorum, ac cum modo citandi & aliàs ſub modis, & formis, prout latius in prædictis litteris noſtris,quarum tenores præſentibus pro expreſſis haberi volumus continetur. Quamuis igitur, vt accepimus dilectus filius Ioannes Ghinus Cameræ Apoſtolicæ Commiſſarius Generalis nomine earũdem Cameræ, & Sedis Apoſtolicæ apud acta Notarij eiuſdem A. C. pro-

proteſtatus fuerit de omnibus, & ſingulis Iuribus Sedis, & Cameræ prædictarum propter præmiſſa acquiſitis,ac de damnis, expenſis, & intereſſe etiam nomine montiſtarum, ac de alijs debitè proteſtandis, ipſiq; A. C. præceptum, ſeù monitionem prædictam ſibi per nos, vt præfertur ordinatam, cum præfixione termini triginta dierum fecerit, monitoriumq; contra eũdem Odoardũ Ducem in locis præſertim per prædictas noſtras litteras deſignatis intimatum fuerit, nihilominus prout non ſineanimi noſtri moleſtia accepimus idem Odoardus Dux poſt intimationemprædictam nedùm parere omiſit ſed innouationes prædictas,pręſidiaq; ac milites, & munitiones auxit, augeriq; fecit. Idcircò, vt ex reiteratis monitionibus, & præceptis Apoſtolicis, tanto maior reſultet contumacia eiuſdem Odoardi Ducis, aliorumq. non parentium quorumcumq; & ad quẽcumq; alium finem, & effectum eidẽ Cameræ Sedi Apoſtolicæ, & montiſtis magis vtilem, & proficuum ſine tamen præiudicio prædictarum litterarum noſtrarum,ac omnium, & ſingulorum per eũdem A.C. illarum vigore geſtorum, ac ſine retardatione proceſſus incepti, & perficiendi in vim illarum ac quorumcumq; Iurium eidem Sedi, & cameræ eiuſq; Fiſco competentium, ac etiam ex præmiſſis, & aliàs quomodolibet acquiſitorum, & quandocumq. acquirendorum, illiſq. ac ceteris fauorabilibus pro maiori cautela etiam de nouo ſemper præſeruatis. Motuproprio & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicę poteſtatis plenitudine, tenore præſentium Nos eumdem Odoardum Ducem,alioſq. infraſcriptos ſub excommunicationis maioris, alijſq. cenſuris, tàm à Sacris Canonibus, Conſtitutionibus Apoſtolicis, Concilijſq. vniuerſalibus, & Bulla in die Cœnæ Domini legi ſolita inflictis, alijſq. pœnis quibuſcumq. præſertim læſę maieſtatis in primo capite, deuolutionis, ac priuationis in Sedis Apoſtolicæ, & Eccleſiarum inferiorum fauorem omnium, & quorumcumq. feudorum,Ciuitatum, Terrarum, Caſtrorum,locorum,Dominiorum,Dignitatum, bonorum, & Iurium etiam indiuidua expræſſione dignorum, quæ à Sede Apoſtolica, Eccleſijſq. inferioribus, ipſe Odoardus, alijq. infraſcripti habent, & tenent, habereq. & tenere prætendunt, in habilitatiſq.ad illas,& illa ,&alia impoſterũ obtinẽdi, & confiſcationisCiuitatum,Terrarũ Caſtrorum, & locorum, ac bonorum: & Iurium quorumcumq.alijſq. pœnis à Iure Canonico, & Ciuili, ac aliàs quomodolibet impoſitis, & inflictis eo ipſo, & abſq. aliqua declaratione incurrẽdis monemus, eidemq. Odoardo Duci præcipimus, & mãdamus, quatenus infrà quindecim dierum terminum,quorum quinq.pro primo alios quinq. pro ſecũdo,& reliquos quinq. pro tertio, & vltimo, ac peremptorio termino, canonicaq. monitione, alijs verò prædictis, & infraſcriptis infrà tres dies, quos,vt præfertur peremptoriè ab intimatione præſentium litterarum noſtrarum modo infraſcripto facien. decurrendos reſpectiuè præfigimus, & aſſignamus, ipſe Odoardus Dux debeat, eiuſq. officiales, & miniſtri, alijq. prædicti debeant omni mora, dilationeq. poſtpoſitis,nulloq. alio iuſſu noſtro expectato realiter,&cum effectu amouere, & tollere, ac reſpectiuè dirui facere omnes prædictas munitiones, & innouationes factas, & quæ de præſenti in eiſdem Ciuitate,Arce,Terra Montis Alti, Ponte, Abbatiæ, alijſq. locis prædicti Ducatus, & ſtatus fiunt, illaſq. & alia quæcumq. quomodolibet innouata, reuocare, & in priſtinum ſtatum reducere, ſeù reuocari,& reduci facere,ac quoſcumq. milites vltrà conſuetum præſidium in eiſdem Ciuitate, Arce, & locis introductos, dimittere,& licentiare ſimiliter quicumq.copiarum Ductores, militumq. Tribuni, Decurio-

riones, Centuriones, Vexilliferi, cęteriq. militiæ miniſtri, & officiales,ac ipſi quoq. milites in ſupradictis locis, & forſan alijs nouiter,pręter conſuetum munitis ad pręſens permanentes cuiuſcumq.conditionis, qualitatis, ſtatus, gradus, & præeminentiæ fuerint, ſtatim; & incontinenti debeát Arma deponere, & ſeruitium militare in locis prædictis eidem Odoardo Duci præſtitum, ſeù incæptum deſerere, & ab eiſdẽ locis, & ſeruitio realiter, & perſonaliter diſcedere,ad ipſa loca occaſione militandi nequaquam reuerſuri, Communitates quoq. & vniuerſitates prædictorum Ciuitatis, Terræ, aliorumq. locorum ſub eiſdẽ pœnis, vt præfertur eo ipſo incurrendis, illorumq. Ciues, Incolas, & habitatores, aliaſq. perſonas tàm ſeculares, quàm Eccleſiaſticas etiam regulares,& cuiuſcumq. conditionis, qualitatis, Dignitatis, præeminentiæ, Ordinis, Societatis, & inſtituti exiſteñ etiam indiuidua expræſſione dignas, nedùm ſub eidem pœnis, ſed etiam cenſuris eo ipſo, vt præfertur incurrendis, monemus, eiſq. & eorum cuilibet præcipimus, ne audeant in illis locis militare, nec per ſe, vel alios aliqua victualia, neuè plumbum, puluerem, arma, aliaſq. cuiuſcumq. generis, vel ſpeciei prouiſiones ad ipſa loca deferre, neq. aliud ſeruitium eidem Duci, ſuiſq. officialibus, & miniſtris præſtare,neq. aliquod conſilium,auxilium nec fauorem quomodolibet præbere.Nos enim ad effectum,vt mandata noſtra Apoſtolica exequutioni demandentur omnes prædictos officiales, miniſtros, milites, Communitates, Vniuerſitates, ſubditos, Incolas, Ciues, & habitatores, ipſorumq. Ciuitatis, & locorũ Gubernatores,Prætores, Poteſtates, Rectores,Præfectos,etiam Arcium,& fortalitiorum Cuſtodes,& Caſtellanos,alioſq. prædictos à quocumq.fidelitatis, alioq. iuramento, obligatione,& promiſſione eidem Odoardo Duci quomodolibet præſtitis abſoluimus,& liberamus; Inſuperq. etiamſi credamus, quòd nullus contrà Vniuerſalis Eccleſiæ Paſtorem, Romanamq. Eccleſiam omnium Chriſtifidelium matrem ſit, aliquod auxilium ſubminiſtraturus, tamen vt debitis iuris remedijs vtamur motu, ſcientia,deliberatione, & poteſtate,ac termini peremptorij præfixione paribus hortamur, & vt præfertur monemus omnes Communitates,Vniuerſitates, & perſonas cuiuſcumq. qualitatis, conditionis, gradus, Dignitatis, & præeminentiæ etiam Eccleſiaſticæ exiſtentes quantumlibet ſublimes, ac ſupremas, & ſpeciali, & indiuidua mentione, & expræſſione dignas, ac omnes, & ſingulos illarum Conſiliarios, & Adminiſtratores, officiales,& miniſtros,ac quoſcumq. alios quomodolibet qualificatos,illiſq. & cuilibet eorum in virtute ſanctæ Obedientiæ præcipimus ſub eiſdem excommunicationis maioris, à qua nullus à nemine præterquàm à nobiſmet ipſis vnquam niſi in mortis articulo abſolui poſſit, & quoad quæcumq. Feuda, Priuilegia, conceſſiones, gratias, & indulta,& bona,ac iura quę à Sede Apoſt.vel ab alia Eccleſia ſeu Eccleſijs inferioribus obtinẽt priuationis, amiſſionis,& reſpectiuè deuolutionis pœnis eo ipſo, vt præfertur incurrendis, nec etiam coniunctionis, ſanguinis, affinitatis, amicitiæ, vicinitatis aliouè prætextu, per ſe, vel alium, ſeù alios eidem Odoardo Duci ſiuè eius officialibus, miniſtris, adhærentibus, vel ſequacibus directè,vel indirectè, aut aliàs quomodolibet præſtent aliquod auxilium, ſeù conſilium, vel fauorem, & forſañ præſtitũ reuocent,& quatenus prædictis monitioni, & pręcepto noſtris non paruerint, vel contrauenerint, tunc ipſum Odoardum Ducem,eiuſq. officiales,& miniſtros quoſcumq. prædictos tàm iuſtitiæ, & introituum,quàm militiæ, & armorũ ac quoſcumq. alios quomodolibet qualificatos, & qualuis perſonas, ac eorum, & earũ quemlibet, & quamlibet auxilium, conſi-

lium, vel fauorem eidem Odoardo Duci, vel ſuis prædictis quomodolibet præſtantes ex nunc, prout ex tunc in prædictas cēſuras & pœnas reſpectiuè incidiſſe declaramus, eaſdemq. cenſuras aggrauari, & reaggrauari, pœnaſq. debitæ executioni demādari volumus. Quapropter motuproprio, ſciētia, deliberatione, ac poteſtatis plenitudine ſimilibus, earūdem præſentiū ſerie committimus, & mandamus eidem A. C. quatenus contrà prædictum Odoardum Ducem, omneſq. alios, & ſingulos prædictis non parentes, ſeù contrauenientes cenſuras prædictas aggrauet, & reaggrauet pœnaſq. prædictas, & quamlibet earum exequatur omni, & quacumq. appellatione, reclamatione, recurſu, dilatione, ac quarumcunq. prætenſarum nullitatum etiam ex tribus, ac prætenſæ iniuſtitiæ dictione, & allegatione, alijſq. iuris remedijs remotis. Non intendimus autem per dilationes in monitorio in exequutione præſentium ponendas nobis ligare manus, aut præcludere viam, quominus ſi ad noſtram notitiam durantibus prędictis dilationibus deuenerit, aliquid factum, attentatum, & innouatum fuiſſe, & in futurum etiam pēdentibus eiſdem dilationibus attentari, & innouari, quod nobis videretur de facto reuocādum poſſimus illud, & omnia inde ſequuta, etiam de facto reuocare, & reuocari facere, ac in priſtinum reducere, & alijs iuris, & facti remedijs magis proficuis vti, & ad pœnas de iure inflictas contra ipſum Odoardum Ducem, & alios quoſcumq. culpabiles repertos procedere, & procedi facere, minuſq. per eaſdem præſentes noſtras, & monitoriales illarum vigore expediendas iuribus hactenus Fiſco, & Camerę noſtræ quomodocumq. & qualitercumq. acquiſitis in aliquo præiudicatum cenſeri. Volumus etiam, quòd dictus A. C. intimato ſaltem ſemel ſuo monitorio Odoardo Duci, alijſq. prædictis per affixionem in porta Palatij ipſius Odoardi Ducis in Vrbe ſiti, ac in valuis Baſilicarū S. Ioannis Lateranē., & Principis Apoſtolorū, ac in Acie Campi Floræ de eadē Vrbe deindè contra ipſum Odoardum Ducem, omneſq. alios prædictos et infraſcriptos, & alios quoſcumq. non parentes, aut contrauenientes procedat, procediq. mandet, & faciat, perinde, ac ſi eſſent in quolibet actu perſonaliter moniti, citati, & intimati. Nos enim dicto A. C. omnem facultatem plenam, & amplam neceſſariam, & opportunam deſuper concedimus, & impartimur etiam ex nunc omnia, & ſingula, quæ præſentium vigore facta fuerint valere, plenamq. roboris firmitatem obtinere decernimus, & declaramus, illaq. approbamus, & confirmamus; ſupplentes omnes, & ſingulos defectus quantumlibet ſubſtantiales, ſiqui deſuper interuenerint. Nō obſtantibus præmiſſis, & Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis etiā in Concilijs generalibus æditis, & præſertim fel. mem. Bonifacij Papæ VIII. etiam prędeceſſoris noſtri de vna, & Concilij generalis de duabus dietis, ac ſtylo curiæ necnon Ducatus, ſeù Status, ac Ciuitatis, Terrarum, & locorum prædictorum etiā iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & cōſuetudinibus quantumlibet antiquis, & antiquiſſimis, necnon inueſtituris, infæudationibus, vicariatibus, permutationibus inſtrumentis, & quibuſuis alijs conceſſionibus quocumq. nomine nuncupatis Ciuitatum, Terrarum, Caſtrorū, aliorumq. locorum per Odoardum Ducem quomodolibet poſſeſſorum, Priuilegijs quoq. indultis, immunitatibus, exemptionibus, facultatibus etiam cuſtodiendi, ſeruandi, & defendendi ab omni occupatione, contra inimicos Sedis Apoſtolicæ, vel alios etiam motu, ſcientia, deliberatione, & poteſtate ſimili, ac etiam conſiſtorialiter conceſſis tàm in acquiſitione Ciuitatis Caſtri, & Griptarum, ac Montis Alti, aliarumq.

rumq. Terrarum, Caſtrorum, & locorum prædictorum, quàm in Erectione Ducatus Caſtri poſtea conſiſtorialiter confirmata, etiamſi in aliqua conceſſione vel acquiſitione dd. Ciuitatum, Terrarum, Caſtrorum, ac locorum, & in ipſa Erectione Ducatus Caſtri caueatur expreſsè, quòd ratione cuiuslibet homicidij, aſſaſſinij, hæreticæ prauitatis, læſæ maieſtatis etiam in primo capite, vel ex quocumq. alio atrociori, ſeù grauiori, vel maiori delicto, exceſſu, vel crimine tàm quoad proprietatem, poſſeſſionemq. quàm quoad fructus, redditus, & prouentus ipſe Ducatus Caſtren. aliaq. Caſtra, Terræ, & loca, ac bona non deuoluantur ad Cameram, ſeu Fiſcum, ſed ad proximiorem ipſi Duci delinquenti primogenitum deueniant, necnon Inueſtitura Ducatus Parmæ, & Placentiæ quamuis in ea pariter caueatur, quòd quotieſcumq. cótrà Ducem pro tempore, vel in Inueſtitura vocatos, aut eorum quemlibet pro quauis etiam quantumcumq. criminali, & graui, & grauiſſima cauſa quoquo modo procedendum erit, non poſſit procedi, & proceſſus non valeat, & ſit ipſo iure irritus; niſi prius illo, contra quem procedendum erit, vel ſaltem ſuo Procuratore, ſeù Oratore, Nuncio, aut negociorum geſtore in Romana curia pro tempore Reſiden. perſonaliter citato, & de faciendo proceſſum aduiſato, & certiorato, & quibuſuis decretis etiam conſiſtorialibus quomodolibet in inueſtituris in infeudationibus, vicariatibus, conceſſionibus dictorum Ducatuũ, & aliorum prędictorum locorum per Paulum Papam Tertium Prædeceſſorem noſtrum, aliosque Romanos Pontifices factis, & conceſſis, aut eorum cauſa, & occaſione conceſſis, ac emanatis, ac etiam forſan iuratis reſpectiuè, & iteratis vicibus approbatis, & innouatis, effectumq; vt præfertur ſortitis, & abinde citra obſeruatis. Quibus omnibus, & ſingulis, cæterisq; contrarijs quibuſcumque etiam de neceſſitate hic exprimendis, & inſeren. illorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & inſertis haben. ſpecialiter, & expreſsè derogamus, itaut in vindictam læſæ Maieſtatis in primo capite, non in proximiorem, vel alium magnatum, ſed in Sedem Apoſtolicam, eiusq; Cameram prædicta feuda, caſtra, & bona tranſeant, & tranſire, ac illi applicari, & incorporari, & applicata, ac incorporata cenſeri, eorumq; reſpectiuè Dominium vtile cum directo conſolidari, & conſolidata eſſe debeant. Cæterùm, vt ad cor reuerſi, & qui præmiſſis paruerint facilius beneficium abſolutionis obtinere poſſint eidem A.C. facultatem, omnes, & ſingulos prædictos præmiſſis reuera, & integrè parentes, excepto Odoardo Duce, abſoluendi in vtroque foro à cenſuris, & pęnis prædictis in forma Eccleſiæ conſueta concedimus. Dat. Romę apud Sanctam Mariam Maiorem ſub annulo Piſcatoris die 20 Septembris 1641. Pontificatus Noſtri anno decimonono; loco † annuli Piſcatoris M.A. Maraldus. Quas quidem litteras Apoſtolicas ea, qua decuit reuerentia recepimus & poſt ipſarum præſentationem, ſic, vt ſupra nobis factã, repetitis prius per eumdem D. Procuratorem Fiſcalem omnibus, & ſingulis proteſtationibus per R.P.D. Ioannem Ghinum eiuſdem S.D.N. eiuſq; Reu. Cameræ Apoſtolicæ Generalem Commiſſarium aliàs factis, præmiſſaq; per d. Procuratorem Fiſcalẽ proteſtatione, quòd per infraſcripta, & infradicenda quæcumq; nullum intendit eſſe illatum, ſeu inferendum præiudicium iuribus Fiſco, & Cameræ prædictæ hactenus quomodocumque, & qualitercumq; ex hucvſque ab infra nominan. ſeu ſpecifican. ombus; & quibuſcumque perſonis commiſſis mandatis, & reſpectiuè geſtis competen. & acquiſitis, quæ ſemper, & in ſuo robore permanere debeant, & non aliàs, aliter, nec alio modo, ac omnium, & ſingulorum damnorum, & intereſſe, ac expenſarum per dictam Cameram hactenus factarum, & paſſarum, & in futurum occaſione infradicen. nouita-

Digitized by Google

tatum, & aliorum quorumcumq; attentatorum quomodolibet facien.& innouan.patien. & facien. pro illorum reuocatione, & in priſtinum ſtatum reductione, necnon per ſubditos Ducatus,et Status Caſtri paſſis, et patiendis, tam in perſonis, quàm in eorum rebus, et bonis cum eiuſdem Cameræ interſit eos illæſos, et indemnes conſeruari, ac omnium,et ſingulorum aliorum de iure, et ſtylo proteſtan. non tam modo præmiſſo, ſed etiam omni alio meliori modo, itaut nihil prorſus cenſeatur excluſum, omiſſum, remiſſum, et exceptum, de quo ſimiliter expreſsè proteſtatur, ac etiam ſinè præiudicio facultatis reuocandi, et reuocari faciendi omnia, et ſingula, quæ prædicto Sanctiſs. D.Noſtro etiam reuocanda videbuntur,ſaluisq; etiam, et in ſuo robore ſemper permanentibus omnibus, et quibuſcumque reſeruationibus, et diſpoſitionibus, derogationibus, et decretis contentis in eiſdem litteris Apoſtolicis ad fauorem Fiſci,et Reu.Cameræ Apoſtolicæ facien.iuxta formam,et tenorem dictarum præinſertarum litterarum Apoſtolicarum, de quibus omnibus ſupradictis pariter expreſsè proteſtatur, itaut huiuſmodi proteſtationes ſemper, et quandocumque habeantur,et intelligantur factæ,et repetitæ in qualibet parte noſtrarum litterarum monitorialium, et in toto proceſſu deſuper fabricato, et in futurum quatenus opus ſit fabrican. & non aliàs, &c. Expoſuit ſupradictum R.P.D.Commiſſarium aliàs,& ſub die 21.menſis Auguſti proximè præteriti à nobis vigore aliarum litterarum Apoſtolicarum in forma Breuis expeditarum, nobisq; directarum, & commiſſarum obtinuiſſe litteras monitoriales,ſiuè præceptum contra Sereniſſimum D. Odoardum Farneſium Ducem Caſtri eiuſdem Sanctiſs. Dom. Noſtri,et Sanctæ Sedis Apoſtolicæ feudatarium, quatenus infra certum tempus in eiſdem noſtris litteris aſſignat. amouere, tollere, & reſpectiuè dirui facere deberet omnes munitiones, & innouationes, quæ dietim abſque prædicti Sanctiſs.D.N.Papæ licentia, & beneplacito in Ciuitate,& Arce Ciuitatis Caſtri, ac in Terra Montis Alti, alijsq; locis Ducatus, ſeu Status Caſtri fiebant, illasq; & reliqua quomodolibet innouata, reuocare, & in priſtinum ſtatum reducere, reuocando, & dimittendo milites quoſcumque introductos,vltra conſuetum præſidium,cum expreſſa quoque prohibitione alios quoslibet milites per ſe, vel alium,ſeu alios in prędictum Statum,Ducatum,eiuſque loca quęcumque introducen.ſub comminatione certarum pœnarum in eodem præcepto contentarum, & exprępſſarum, in euentum inobedientiæ, contrauentionis cum inſertione de verbo ad verbum in eo prædictarum litterarum Apoſtolicarum, ac ſpeciali, & exprępſſa derogatione omnium, & quorumcumque priuilegiorum prædicto D. Duci, eiuſq; Anteceſſoribus, & Succeſſoribus per quoſuis Romanos Pontifices, & in ſpecie per fęl.rec.Paulum Papam Tertium conceſſorum,ac præſeruatione iurium Fiſco,& Cameræ Apoſtolicæ quomodocũque, & qualitercumque acquiſitorum,quibus in aliquo non cenſeatur præiudicatum,& aliàs latiùs, prout in ſupradictis noſtris litteris monitorialibus contra dictum D. Ducem, non ſolùm iuxta formam in eis præſcriptam in Vrbe, & Ciuitatibus Bononien. & Ferrarien. ſub die 25.eiuſdem menſis Auguſti, verùm ex ſuperabundanti etiam in Ciuitate Placentię ſub die 27.ſupradicti menſis,vbi de dicto tempore dictus D. Dux reſidebat legitimè execut. & in actis infraſcripti noſtri Notarij reproduct. pleniùs contineri dicitur, ad quas in omnibus, & per omnia relatio habeatur,Quia, vt eadem expoſitio ſubiungebat,dum eumdem D. Ducem, vt par erat prædicto noſtro,imò veriùs Apoſtolico pręcepto firmiter obtemperaturum, omniaq; in priſtinum reducturum, & debitam obedientiam, reuerentiamq; ac filiale obſequium prædicto Sanctiſs. D.N. Papę, Sanctęq; Sedi Apoſtolicę delaturum eſſe ſperabatur,

Digitized by Google

batur, idem D.Dux ſalutis ſuę immemor, huiuſmodi noſtra, imò veriùs Apoſtolica mandata,& præcepta adimplere,& exequi neglexit in graue animæ ſuæ detrimentum,& in Diuinæ Maieſtatis offenſionem, ac eiuſdem Sanctiſs. D.Noſtri, & Sedis Apoſtolicæ contemptum, pernicioſumq; exemplum, & Chriſtianorum ſcandalum manifeſtum. Quinimò pendente, & durante adhuc termino ſic, vt ſupra ei præfixo ad eaſdem nouitates reuocan. eidem Sanctiſs. D. N. Papæ non ſine magna animi perturbatione, vt in dictis præinſertis litteris Apoſtolicis exponitur innotuit eũdem D. Ducem poſt exequutionem dicti noſtri præcepti nedum parere omiſiſſe, ſed innouationes prædictas auxiſſe, augeriq; feciſſe, & Ciuitatem Caſtri, ac eius Arcem, & Terram Montis Alti, necnon Pontem Abbatiæ militibus etiam exteris, atque armis, victualijs, & munitionibus omnis generis in maximam copiam vltra ſolitum muniri feciſſe, necnon mediante opera,& aſſiſtẽtia Delphini Angelerij eiuſdem Ciuitatis,& arcis militiæ Præfecti diligentiùs inſtrui, & in eadem Ciuitate Caſtri ænea tormenta ſuper curribus diſponi, & accommodari feciſſe,& mandaſſe,& vlteriùs pro maiori eiuſdem Ciuitatis, & arcis munimento,& ſecuritate pariter median. miniſtris eiuſdem Angelerij, aliorumq. eius miniſtrorum, & officialium viam inter dictam Ciuitatem, & Terram Farneſij ſitam deuaſtari, & intercidi, ac propugnaculum verſus eamdem Ciuitatem reſpicien. necnon duo vallula, vulgò nuncupat. Fortini, à capite Cauæ extra prędictam Ciuitatem ædificari, & conſtrui, illaq; arcta militum, & ęxcubiarum cuſtodia, & præſidijs, armiſq; muniri ſimiliter feciſſe,& mandaſſe in littore Montis Alti multitudinem militum exterorum tranſmitten. qui ab eiſdem eius miniſtris recipiuntur, & ad prædicta loca munita, præter alios milites, ibi terreno itinere peruenien. introducuntur, pro quorum ſubſtentatione, & alimento de eiuſdem D.Ducis, eiuſq; Miniſtrorum commiſſione, & mandato generaliter in eodem ſtatu Caſtri omnia deſcripta fuere victualia, ad effectum frumento, ordeo, vino, caſeo, carne ſalſa, ſtramentis, & lodicibus, quæ terrigenis ſuperſunt hac vtendi occaſione,& ad dictam Ciuitatem Caſtri, aliaq; loca munita eiuſdem Status introducen. & tranſmitten. Quorum locorum militiæ, & munitionibus, ibidem introductis, & reſpectiuè ædificatis de mandato, vt ſupra præſunt, nempè Federicus Varellus prædictæ Terræ Montis Alti, Odoardus verò etiam Varellus ſupradicto Ponti Abbatiæ omneſq; prædictæ nouitates, vt publicè fertur, & vehementiſſima ſuadet præſumptio in eodem Statu Caſtri ſequutæ fuerunt, & ſequuntur de ordine, & mandato eiuſdem D. Ducis ob diſplicentias, & ægreferentias, quas d. D. Dux prætendit cũ eodem Sanctiſs. D.N. Papa habere ob cauſas in præinſertis litteris Apoſtolicis ſuperiùs relatas, & ad ſe opponẽdum eiuſdem Sanctitatis Suæ optimæ menti,& voluntati, & denique pro maiori delictorum cumulo de ordine d. D. Ducis in eodem Statu per eoſdem Miniſtros, & Officiales nuper etiam fuit initum,& publicatum rigoroſum edictum, quòd omnes eiuſdem Status milites ſub pœna vltimi ſupplicij, & confiſcationis bonorum prompti, et parati eſſe deberent cum eorum armis, equis et veſtimentis ſeſe conferendi cauſa ad dicta loca munita, et alia eiuſdem Status eis imponen. et iniungen. ad omne mandatum dictorum Officialium, et Miniſtrorum, et aliàs, prout d. D. Procurator Fiſcalis dixit etiam apparere ex proceſſu deſuper legitimè fabricato, ad quem in omnibus, et per omnia relationem habere voluit, quæ omnia prædicta, vt ſuperiùs dictum fuit cum peſſimi ſint exempli, et in maximum Sanctiſſimi D. N. Papæ, San-

ctæq; Sedis Apoſtolicæ tendant præiudicium, & notabile ſpretum, & contemptũ; fuimus propterea pro parte, & ad inſtantiam ſupradicti D. Fauſti Gallutij Procuratoris Fiſcalis, debita cum inſtantia requiſiti, quatenus pro conſeruatione iurium Sedis, & Cameræ Apoſtolicæ nouum monitorium, ſiuè præceptum contra ſupradictos D. Ducem, ac Delphinum Angelerium, & Federicum, & Odoardum Varellum, & ſingulos alios Miniſtros, & Officiales, ac milites eiuſdem D. Ducis in eodem Statu reſidentes, & aſſiſtẽtes etiam quatenus opus ſit in exequutione præſentium nominan. & cognominan. omnesq; alias ſingulares perſonas iuxta formam, & tenorem ſupradictarum litterarum Apoſtolicarum ſuper reuocatione ſupradictarum omnium, & quarumcumque aliarum nouitatum in Ciuitate, & locis ſuperiùs nominatis, earumque in priſtinum reductione, necnon pro alijs omnibus infradicendis ſub pœnis in eiſdem litteris Apoſtolicis contentis, & expræſſis in euentum contrauentionis, & non paritionis, ſaluis tamen proteſtationibus ſuperiùs factis, & in ſuo robore ſemper permanentibus, ac ſuperabundanter, & non aliàs, aliter, nec alio modo extra Romanam Curiam, & ad partes in forma ſolita, & conſueta iuxta noſtri Tribunalis ſtilum, ac aliàs omni meliori modo concedere, & ſuper præmiſſis omnibus, & ſingulis ius, & iuſtitiam miniſtrare dignaremur. Nos igitur Octauianus Raggius Iudex, & Auditor Præfatus attendentes requiſitionem huiuſmodi fore iuſtam, & rationi conſonam, quodq; iuſta petenti non eſt denegandus aſſenſus, & licèt pro iurium Romanæ Eccleſiæ, Sedisq; & Cameræ prædictæ defenſione vim vi repellere, & iniuſtis d. D. Ducis armis, iuſta prædicti Sanctiſs. D. N. Papæ, & d. Romanæ Eccleſiæ arma opponere, nouitatesq; prædictas re ipſa idem Sanctiſs. D. Noſter vendicare meritò potuiſſet, benigniùs tamen prædictus Sanctiſs. D. N. agere volens, forma tamen prius, ac iuris ordine ſeruato, ſi, & in quantum fieri poteſt, & neceſſitas fert, ſed ad hoc non ſe adſtringens contra d. D. Ducem experiri, atque agere maluit, ſi fortè dictus D. Dux reſipiſcens, & ad cor reuerſus, quòd iniuſtè peregit reuocare curaſſet ſupradictam proteſtationem, ſeu proteſtationes admiſimus, & citra illarum, & quorumcumque in eis contentorum, & expræſſorum præiudicium, & innouationem aliquam, quòd expreſsè, et omni, ac quocumque alio meliori modo vigore præſentium declaramus, inhærendo ſupradictis litteris Apoſtolicis, vt ſupra inſertis, & regiſtratis, et facultatibus nobis, in eis conceſſis, et attributis, ac etiam auctoritate noſtri officij, et aliàs omni meliori modo vti volentes, ſupradictum monitorium, ſiuè præceptũ eidem D. Procuratori Fiſcali concedendum fore, et eſſe duximus, prout per præſentes concedimus. Quocirca vobis omnibus, et ſingulis ſupradictis, ac veſtrum cuilibet inſolidum committimus, et in virtute ſanctæ obedientiæ ſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus ſtatim viſis, ac receptis præſentibus, et poſtquam præſentium vigore fueritis requiſiti, ſeu alter veſtrum fuerit requiſitus, ex parte noſtra, imò veriùs Apoſtolica auctoritate eumdem D. Ducem infra quindecim dierum ſpatium, quorum quinque pro primò, quinque pro ſecundò, et reliquos quinque dies pro vltimo, et peremptorio termino, canonicaq; monitione, ac prædictos Delphinum Angelerium Præfectum militiæ Ciuitatis, et Arcis Caſtri, Federicum Varellum Præfectum Militiæ Montis Alti, et Odoardum Varellum Præfectum Militiæ Pontis Abbatiæ, omnesq; alios Miniſtros, Officiales d. D. Ducis in eodẽ Statu reſidentes, et aſſiſtentes, aliaſq; quaſcunque perſonas, quarum nomina, et cognomina præſentibus pro expreſſis ha-

habeātur infra tres dies, quos, vt præfertur peremptoriè ab intimatione, ſeu exequutione præſentium modo infraſcripto facien. decurren reſpectiuè moneatis, & requiratis, eisq; præcipiatis, & mandetis, prout Nos per præſentes eiſdem omnibus præcipimus,& diſtrictè pręcipiendo mandamus, ipſosq; & eorum quemlibet requirimus, & monemus, primo, ſecundo, tertio, & peremptorio termino ſub pœnis maioris excommunicationis, aliarumq; Eccleſiaſticarum cenſurarum per Romanorum Pontificum Conſtitutiones Apoſtolicas,ac litteras die Cœnæ Domini,ſingulis annis legi ſolitas, necnon etiam per Sacros Canones, & generalia conſilia inflict.ac vlteriùs rebellionis,læſæ Maieſtatis in primo capite, priuationis dignitatum, dominiorum,feudorum quorumcumque inhabilitatisq; ad illa, & alia in poſterum obtinen. aliarumq; omnium, & ſingularum pœnarum in præinſertis litteris Apoſtolicis contentarum, & exprędſſarum, ad quas relationem haberi volumus, & intendimus eo ipſo de facto, & abſque aliqua alia declaratione incurren.ſtatim omni mora, & dilatione poſtpoſitis realiter, & cum effectu debeant amouere, & tollere,& reſpectiuè dirui facere omnes prædictas munitiones, & innouationes factas,& quæ de præſenti in dictis Ciuitate, Arce, Terra Montis Alti, & Ponte Abbatiæ, alijsq; locis eiuſdem Ducatus, & Status fiunt, illasq; & reliqua quomodolibet innouata reuocare, ſeu reduci facere, præſertim licentiando, & dimittendo milites quoſcũque introductos, vltra conſuetum præſidium Ciuitatis, Arcis, Terræ, Pontis, & locorum prædictorum, neuè alios milites per eumdem D.Ducem,vel alium, ſeu alios in prædictum Ducatum, et Statum, eiusq; loca quæcumque induci, & ſub eiſdem pœnis præcipimus, & diſtrictè præcipiendo mandamus omnibus,& quibuſcumque copiarum Ductoribus, militumque Tribunis, Decurionibus, Centurionibus,Signiferis, omnibusq; & ſingulis alijs militiæ Miniſtris, & Officialibus, ac ipſis quoque militibus in ſupradictis locis, & alijs forſan nouiter munitis præter ſolitum introductis, & ad præſens permanentibus cuiuſcumque conditionis, qualitatis,ſtatus,gradus,& præeminentiæ fuerint, ſtatim, & incontinenti debeant, & quilibet eorum debeat arma deponere, militareq; ſeruitium in eiſdem locis, vt ſupra dicto D. Duci præſtitum penitus, & omninò, quibuſcumque non obſtantibus deſerere,& ab eiſdem locis, & ſeruitio realiter, & cum effectu diſcedere, & diſceſſiſſe nec ad eadem loca, occaſione militandi, vt ſupra minimè impoſterum redire, præinſertisq; litteris Apoſtolicis, & noſtris in omnibus, & per omnia paruiſſe, illaſq; inuiolabiliter obſeruaſſe, & executioni demandaſſe, Communitates quoque,& Vniuerſitates pręd ictarum Ciuitatis,Terræ, aliorumq; locorum ſub eiſdem pœnis,vt præfertur eo ipſo incurrendis, illarumq; Ciues Incolas, & Habitatores, aliasq; perſonas, tam ſæculares, quàm Eccleſiaſticas, & regulares, & cuiuſcumque conditionis, qualitatis, dignitatis, præeminentiæ, ordinis,ſocietatis, & inſtituti exiſtẽtes etiam indiuidua expreſſione dignas, nedum ſub eiſdem pœnis, ſed etiam cenſuris eo ipſo, vt præfertur incurrendis Apoſtolica auctoritate monemus, eisq; & eorum cuilibet præcipimus, & diſtrictè præcipiendo mandamus, ne audeant in illis locis militare nec per ſe, vel alios aliqua victualia, neuè plumbum, puluerem, arma, aliaſq; cuiuſcumque generis, vel ſpeciei prouiſiones ad ipſa loca deferre, neque aliquod ſeruitium eidem D. Duci, ſuisq; Officialibus, & Miniſtris, nec aliquod conſilium, auxilium, & fauorem quomodolibet præbere; & ad effectum, vt mandata Apoſtolica,& noſtra omninò debitæ exequutioni demandentur,omnes pręd ictos Officiales, Mi-

Miniſtros, Milites, Communitates, Vniuerſitates, ſubditos, ciues, incolas, & habitatores ipſorum Ciuitatis, & locorum Gubernatores, Prætores, Poteſtates, Rectores, Præfectos, vel arcium, & fortalitiorum Cuſtodes, & Caſtellanos, aliosq; prædictos, et eorum quemlibet à quocumque fidelitatis, alioq; iuramento, obligatione, et promiſſione eidem D. Duci quomodolibet præſtitis, tenore præſentium prædicta auctoritate abſoluimus, et liberamus: Et vlteriùs quamuis pro certo habeamus, quòd nullus Orthodoxæ Fidei cultor contra eũdem Sanctiſs. D. Noſtrũ, et Sanctam Sedem Apoſtolicam ad fauorem dicti D. Ducis aliquod ſit ſubminiſtraturus auxilium, tamen etiam huic malo prouidere debitis iuris remedijs volentes, de eiuſdem Sanctiſs. D. N. Papæ mandato nobis in præinſertis litteris Apoſtolicis dato, earumdem tenore præſentium in Domino hortamur, & vt præfertur monemus omnes cuiuſcumque qualitatis, conditionis, gradus, dignitatis, & præeminentiæ etiam Eccleſiaſticæ exiſtentes quãtumlibet ſublimes, & ſupremos, & ſpeciali, & indiuidua mentione, & expreſſione dignos, ac omnes, & ſingulos illarum, Conſiliarios; & Adminiſtratores, Officiales, & Miniſtros, & quoſcumque alios quomodolibet qualificatos, illisq; & cuilibet eorum in virtute ſanctæ obedientiæ, & prædicta Apoſtolica auctoritate Nobis conceſſa, præcipimus, & diſtrictè etiam præcipiendo mandamus ſub eiſdem excommunicationis maioris, à qua nullus à nemine, præterquam à Romano Pontifice met vnquam, niſi in mortis articulo conſtitutus, abſolui poſſit, & tunc cum reincidentia in eiſdem cenſuris, ſtatim poſtquam conualuerit, & quoad quæcunque feuda, priuilegia, conceſſiones, gratias, & indulta, & bona, ac iura, quæ à Sede Apoſtolica, vel ab alia Eccleſia, ſeu Eccleſijs inferioribus obtinent, priuationis, amiſſionis, & reſpectiuè deuolutionis pœnis eo ipſo, vt præfertur incurrendis, nec etiam coniunctionis, ſanguinis, affinitatis, amicitiæ, vicinitatis, alioq; prætextu ad impediendum, nè ſupradictæ nouitates in Ciuitate, et Statu Caſtri pro parte dict. D. Ducis factæ, et quæ dietim fiunt tollantur, et aboleantur, remoueantur, et in priſtinum Statum reducantur per ſe, vel alium, ſeu alios eidem D. Duci, ſiuè eius Officialibus, Miniſtris, adnærentibus, vel ſequacibus directè, vel indirectè, aut aliàs quomodolibet præſtent aliquod auxilium, ſeu conſilium, vel fauorem, et forſan præſtitum hucuſque reuocent, præinſertisq; litteris Apoſtolicis, et noſtris non paruerint, aut eiſdem quouis modo contrauenerint, tunc ipſum D. Ducem, eiusq; Officiales, et Miniſtros quoſcumque prædictos tam iuſtitiæ, et introituum, quàm militiæ, et armorum, ac quoſcumque alios quomodolibet qualificatos, inobedientes, contrauenientes, aut culpabiles, et eorum quemlibet auxilium, conſilium, vel fauorem eidem D. Duci, vel ſuis prædictis quomodolibet præſtan. in prædictas omnes, et ſingulas cenſuras, et pœnas in præinſertis litteris Apoſtolicis contentas, et expreſſas reſpectiuè ex nunc, prout ex tunc inciſiſſe Apoſtolica auctoritate Nobis, vt ſupra conceſſa, et qua in hac parte fungimur declaramus eaſdemq; cenſuras aggrauari, et reaggrauari, pœnasq; debitæ executioni omninò demandari per præſentes dicta auctoritate volumus, et decernimus omni, et quacumque appellatione, reclamatione, recurſu, et dilatione, allegatione, alijsq; iuris remedijs remotis. Certificantes eoſdem D. Odoardum Farneſium Ducem, & Angelerium, Federicũ, et Odoardum de Varellis, omnesq; alios ſupradictos contrauenientes, quòd ſi in d. termino eis præfixo in præſentibus noſtris litteris monitorialibus integrè, et in omnibus, et per omnia non paruerint, ſeu parere non

non curauerint, vel neglexerint, ſeu diſtulerint. Nos, vt præfertur ad Cenſuratum,& pœnarum prędictarum eis, vt ſupra comminatarum incurſus, declarationem, ac mandatorum deſuper neceſſariorum, & opportunorum pro omnium, & quarumcumq. pœnarum prędictarum executione, relaxationem, omninò deueniemus, & procedemus Iuſtitia mediante. non obſtantibus omnibus illis, quæ idem S.D.N. Papa voluit non obſtare, cęteriſq. contrarijs quibuſcumq. ad fauorem d.D. Ducis, eiuſq. filiorum, & ſucceſſorum quorumcumq. quomodolibet facień. Quibus in eiſdem præinſertis litteris Apoſtolicis fuit ſpecialitèr, expreſsè, & ampliſſimè ab eodem Sanctiſſimo derogatum, ad quas paritèr relationem haberi expreſsè volumus, & declaramus. Volumus autem, nè d. D. Dux, alijq. prædicti aliquam præmiſſorum ignorãtiam prætendere, aut vllo vnquam tempore, vel quouis quæſito colore, ſeù prætextu allegare, ſeù aliàs ſe excuſari poſſint, ſupradictas noſtras litteras Monitoriales in Porta Palatij eiuſdem D. Ducis in Vrbe ſiti, ac in valuis Baſilicarum S. Ioannis Lateraneń, & Principis Apoſtolorum, ac in Acie Campi Floræ de Vrbe, ac ibi in valuis dictarum Eccleſiarum affigi, & per aliquod temporis interuallũ affixas dimitti, illisq. poſteà inde detractis earũ exempla in eiſdem locis paritèr affixa relinqui, quibus ſic exequutis in actis infraſcripti noſtri Notarij legitimè reproductis,ità eumdem D. Ducem, & alios ſupradictos afficere, & arctare volumus, ac ſi perſonaliter, & magis legitimè exequutæ forent, & eſſent, eorum contumacia, vel abſentia in aliquo non obſtań, ac etiam quibuſcumq. defectibus quantumuis eſsentialibus, ac etiam à Iure prohibitis, & nota dignis, ſi qui tam in earumdem noſtrarum litterarum executionem quam in proceſsu hactenùs fabricato, & in futurum, quatenùs opus ſit fabricań; & in actis factis, & faciendis quomodolibet interuenerint, ſeù interueniant, quibus idem S.D.N. per prædictas ſuas litteras Apoſtolicas ſufficienter ſuppleuit. Et deniq. cum propriæ animæ ſalus omnibus ſit præferenda; propterea ad omnium, & ſingulorum notitiam harum ſerie deducimus, & deduci volumus in præinſertis litteris Apoſtolicis ab eodem Sanctiſs. D. N. Papa nobis fuiſſe conceſſam facultatem, & auctoritatem, omnes, & quaſcumq. præmiſſis parentes, obedientes, & pœnitentes præter tamen dictum D. Ducem in vtroq. foro à Cenſuris, & pœnis ſuperiùs enunciatis abſoluendi. Quapropter omnes, & ſingulos huius optimi remedij Egenos in Domino benignè hortamur, & monemus pro illius ſalubri vſu. In quorum fidem &c. Dat. Romæ ex ędibus noſtris Anno à Natiuitate Domini Noſtri Ieſu Chriſti milleſimo ſexcenteſimo quadrageſimo primo. Indictione nona, die verò vigeſima-quarta Menſis Septembris. Pontificatus autem eiuſdem Sanctiſs. D. N. Vrbani Diuina prouidentia Papæ Octaui Anno decimonono.

Octauianus Raggius Auditor, & Iudex Commiſſarius.

Dominicus Fonthia Curiæ Cauſarum Cam. Apoſtolicæ Notarius.

Loco ✠ ſigilli.

In Nomine Domini Amen. Anno à natiuitate D. N. Ieſu Chriſti milleſimo ſexcenteſimo quadrageſimoprimo Indictione nona. Põtificatus verò Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D. N. D. Vrbani Diuina prouidentia Papæ Octaui anno eius decimonono, die verò vltima menſis Septembris, Retroſcripta litteræ monitoriales affixæ, & publicatæ fuerunt

Digitized by Google

Apoſtolica mandata, & præcepta adimplere, & exequi neglexit, immò munitiones, milites & victualia prædicta in maximam copiam augeri fecit in graue animæ ſuæ detrimentum, Diuinæ Maieſtatis offenſionem, ac prædicti Sanctiſs. D. N. Papæ, & Sedis Apoſtolicæ contemptum, pernicioſumq. exemplum, & Chriſtifidelium ſcandalum manifeſtum, ad quas ſupradictas omnes nouitates tollendum, ac etiam ad eumdem D. Ducem magis diſponendũ, vt obediret, & adimpleret contenta in dictis litteris Apoſtolicis, & monitorijs, ſeù præceptis idem Sanctiſs. D. N. Papa, cui ex eius Paſtoralis officij debito ſummoperè cordi eſt, vt ius ſuum vnicuiq. tribuatur, & debita Sedi Apoſtolicę præſertim à feudatarijs præſtetur obedientia, & ad omnem alium meliorem finem, & effectũ coactus fuit maximo cum diſpendio Reu. Cameræ Apoſtolicæ peditum, & Equitum copias inſtruere, & in eodem Statu Caſtri ad prædictum, & ad omnem alium meliorem finem tranſmittere, à quibus eò quia præfati miniſtri alijq. milites dicti D. Ducis adhuc in eorum inobediẽtia, & obſtinatione perſeuerabant, nedùm expugnata fuerunt ſupradicta loca de ordine D. Ducis munita, nempè Terra Montis Alti, & Arx in ea ſita vnà cum Turri eiuſdem Terræ, ſeù oppidi propè Mare poſita, & Pons Abbatiæ, eiuſq. Vallum, verum etiam alia Valla à capite Cauæ extrà eamdem Ciuitatem Caſtri, & pro illius maiori cuſtodia, & fortificatione, vt ſupra conſtructa, & ædificata, necnon aliud Vallum extrà eamdem Ciuitatem à parte ſuperiori ad prædictum effectum pariter ædificatum, & ipſamet Ciuitas cũ omnibus alijs fortificationibus extrà, & intus eam factis, & cõſtructis. In quorum locorũ expugnatione maxima interuenit de ordine eiuſdẽ D Ducis hoſtilis oppoſitio, & repugnantia, exceptis tamen Terra Montis Alti, & eius Arce, ex quibus per aliquas horas ante aduentum ibidem Exercitus Pontificij quinquaginta circiter milites, qui ibidem ad illius expugnationi ſe opponeñ tranſmiſſi fuerant magno terrore affecti, cum eorum diuerſorum armorum generibus Caſtrum verſus aufugerũt, & Turri prædicta, ex qua Cuſtodes ipſius num. ſeptem circiter, licèt in prima monitione diſcedere recuſaſſent, tamen in ſecundo iuſſu Illuſtriſs. & Excellentiſs. D. Aloyſij Marchionis Matthei Generalis Magiſtri Campi Exercitus Pontificij à diuerſis Equitibus grauis Armaturæ ipſisfacto ex ea diſceſſerunt, illamq. eidem D. Marchioni quo ſupra nomine conſignauerunt cum omnibus tormentis magnis, & paruis, alijſq. munitionibus in ea exiſtentibus. In Ponte autem Abbatiæ ad prædictum effectum ab hoſtibus abſciſſo, & in eo, Vallo ad eumdem finem conſtructo ſequenti die ſcilicet vigeſima nona Septembris præteriti, ſeu &c. aduerſus milites Pontificios, qui illius expugnationi incumbebant multi exploſi fuerunt moſchettorum ictus; Vndè dictus Domino Marchio, ex quo milites numero quadraginta circiter, qui in eiſdem Ponte, & Vallo ad pugnandum appoſiti fuerant amicabiliter ex eis diſcedere recuſabant, immò hoſtiliter, vt ſupra Pontificio exercitui ſe opponebant, fuit coactus pro illorum expugnatione quatuor magnorum tormentorum ictus explodere, quorum formidine hoſtes perterriti fugã tandem arripuerunt, in qua vnus ipſorum interfectus remanſit, & nonnulli alij à Pontificio exercitu captiui extiterunt. In acceſſu autem facto ab eodem exercitu ſub die 6. Inſtantis menſis, ſeù &c. propè dictam Cauam, Ducales milites, qui in Inſidijs ſe poſuerant ex improuiſo aduerſus Equites Pontificios ingentes paruorum tormentorum ictus exonerauerunt, à quibus vnus ex dictis Equitibus mortuus, & alij quatuor circiter vulnerati remanſerũt. Die verò octaua eiuſdem, ſeù &c. cum an-

tedictus exercitus ad expugnationem dictorum vallorum propè dictam Cauam fabricatorũ ſe diſpoſuiſſet poſt maximam oppoſitionem ab hoſtibus ſibi factam, maximamq; bombardorum, ac etiam tormentorum magnorum, & minorum quãtitatem quamplures contrà dictum exercitum exonerat. eadem valla expugnauit, licèt in huiuſmodi certamine nonnulli ex dictis Pontificijs militibus vulnerati, nouemq; circiter ex hoſtibus mortui moſchettorum ictibus remanſerint, multiq; alij intus Caſtrum ſe receperint; Et deniq; die decima, ſeù &c. præſentis menſis idem Exercitus proſequẽ expugnationem aliarum fortificationum extrà dictam Ciuitatem factarum, ac etiam ipſiuſmet Ciuitatis, cuius occaſione etiam multa hinc indè exonerata fuerunt tormenta magna, & aliorum generum tàm muralium, quàm manualium, ex quorum impulſu hoſtes prædicti die decima quarta eiuſdem coacti fuerunt Ciuitatem antedictam, aliaq; propugnacula deſerere, & ſub diuerſis pactis, & conuentionibus ab ipſa Ciuitate, & fortificationibus recedere, eamq; cum munitionibus, & victualijs præmiſſo Illuſtriſs. & Excellentiſs. D. Marchioni quo ſupra nomine conſignare, prout conſignauerũt, hoſteſq. prædicti numero ſexcenti octoginta circiter vltrà maximum aliorum militum peditum, & Equitum numerum, qui poſt aduẽtum Pontificij exercitus in dicto Statu ex eadem Ciuitate, & vallis reſpectiuè aufugerunt, vltraq; mortuos, & carceratos, vt in prædicto proceſſu, ad quẽ &c. Quapropter idem D. Procurator Fiſcalis repetitis omnibus, & quibuſcumq; proteſtationibus tàm per ipsũ, quàm per R.P.D. Io. Ghinum eiuſdem Sanctiſs. D.N. eiuſq. Reu. Cameræ Apoſtolicæ Generalem Commiſſarium cõtrà eumdem D. Ducem in ſupradictis monitorijs, & in proceſſu huiuſmodi cauſæ aliàs factis, illiſq, ſemper ſaluis, & in ſuo robore permanentibus, & non aliàs, aliter, nec alio modo, ſineq; præiudicio omnium, & ſingulorum Iurium quomodocumq; & qualitercumq; Fiſco, & Cameræ Apoſtolicæ hactenus acquiſitorum, de quibus omnibus, & ſingulis expreſsè iterum proteſtatus fuit, & proteſtatur debita cum inſtantia, vt ſupra, & omni alio meliori modo. Nos requiſiuit, quatenus monitorium ad perſonaliter cõparendum, & à prædictis omnibus, & ſingulis delictis ſe expurgañ contrà d. D. Ducem etiam extra Romanam Curiam, & ad partes in forma ſolita, ac conſueta concedere dignaremur. Nos igitur Octauianus Raggius Auditor, & Iudex Commiſſarius prædictus attendentes requiſitionem, & petitionem huiuſmodi forè iuſtam, & rationi conſonam, quodq; iuſta petenti non eſt denegandus aſſenſus inhærendo litteris Apoſt. in forma Breuis ſub diebus decima ſeptima menſis Auguſti, & vigeſima menſis Septembris proximè præteritorũ expeditis nobiſq; directis, & facultatibus nobis in eiſdem litteris conceſſis, & attributis, ac etiam alijs noſtris ordinarijs facultatibus, & alias omni meliori modo, firmiſq; & in ſuo robore permanentibus omnibus, & ſingulis proteſtationibus aliàs nedum per d. R.P.D. Ioannem Ghinum, ſed etiam per ipſum D. Fiſcalem Generalem, ſuperius factis, illiſq; ſemper ſaluis, prædictum monitorium contra ſupradictum D. Ducem eidem D. Procuratori Fiſcali concedendum fore, & eſſe duximus, prout per præſentes concedimus. Quocircà vobis omnibus, & ſingulis ſupradictis, & veſtrum cuilibet committimus, & in virtute ſanctæ obedientiæ ſtrictè præcipiendo mandamus, quatenùs ſtatim viſis, & receptis præſentibus, & poſtquam præſentium vigore fueritis requiſiti, ſeù alter veſtrum fuerit requiſitus ex parte noſtra, Immò veriùs Apoſtolica auctoritate moneatis, & requiratis primo, ſecundo, tertio, & vltimo, ac peremptorio termino

mino

Digitized by Google

mino prout Nos monemus, & requirimus eumdem Sereniſſimum D. Odoardum Farneſium Parmæ, & Placentiæ Ducem, quatenus infrà decem, & octo dierum ſpatiũ, quorum ſex pro primo, ſex pro ſecundo, & reliquos ſex dies pro vltimo, & peremptorio termino, ac Canonica monitione aſſignamus, & Vos aſſignetis eidem, debeat ſub pœna confeſſatorum delictorum prædictorum, maioris excommunicationis, aliarumq. cenſurarum tàm à Sacris Canonibus, Conſtitutionibus Apoſtolicis, Concilijſq. Vniuerſalibus, & Bulla in die Cænę Domini ſingulis annis legi ſolita inflictarum, necnon Rebellionis criminis læſæ Maieſtatis in primo capite, deuolutionis, priuationis prædicti Ducatus, & Status, ac aliorum quorumcumq. feudorum, Ciuitàtum, Terrarum, Caſtrorum, locorum Dominiorum, Dignitatum etiam Cõtaloneriatus, bonorum, actionumq. & Iurium etiam indiuidua expreſſione dignorum, quæ ipſe D. Dux ab eadem Sede Eccleſijſq. inferioribus quomodocumq. habet, & tenet, habereq. & tenere prætendit inhabilitatiſq. ad illas, & illa impoſterum obtineñ, & confiſcationis omnium Ciuitatum, Terrarum, Caſtrorum, locorum, & Iurium, & actionum, ac bonorum quorumcumq. ſtabilium, mobilium, ſe mouentium præſentium, & futurorum vbiq. exiſtentium, & Reu. Cameræ applicañ, & incorporañ, & reſtitutionis totius quantitatis frumenti per dictos eius miniſtros ablatæ, & ad dictam Ciuitatem Caſtri tranſmiſſæ ad Reu. Cameram Apoſtolicam ſpectañ, ſeù illius valoris, ac etiam omniũ, & ſingulorum damnorum, expenſarum, & intereſſe per eamdem Cameram occaſione dd. nouitatum hactenus factarum, & paſſarum, & in futurum facieñ, & patieñ Coram Nobis liquidañ perſonaliter, non autem per Procuratorem, defenſorem, ſeù excuſatorem aliquem comparuiſſe & comparere hic Romæ in Iudicio legitimè coram Nobis ad ſe excuſandum, & defendendum ab omnibus, & ſingulis cõtra ipſum obiectis Criminibus, & delictis, pręmiſſis, illiſq. annexis, & connexis emergeñ; & dependeñ, ſeq. ab omnibus eis innocentem fore, & eſſe demonſtraſſe docendum, & cum eodem D. Procuratore Fiſcali ſuper eiſdem iuri ſtetiſſe, eidemq. noſtro monitorio, ſeù præcepto, vt ſupra primo loco expeditis realiter, & cum effectu in omnibus, & per omnia paruiſſe docendum, alioquin dicto termino eidem D. Duci, vt ſupra in præſenti monitorio aſſignato effluxo, ipſo non comparente. Nos nihilominus ſeruatis terminis de ſtylo Curiæ, & Tribunalis noſtri ſeruari ſolitis, & conſuetis ad incurſus pœnarum prædictarum quarumcumq. declarationẽ mandatorum exequutiuorum, & aliorum deſuper neceſſariorum, & opportunorum pro omnium pœnarum prædictarum executione ad Cedulonumq. expeditionem, publicationem, & affixionem pro executione dictarum cenſurarum omninò procedemus, & deueniemus Iuſtitia mediante. Non obſtantibus omnibus illis, quæ idem Sanctiſs. D. Noſter Papa in eiſdem ſuis litteris Apoſtolicis obſtare noluit, Ceteriſq. contrarijs quibuſcumq. ad fauorem d. D. Ducis, eiuſq. ſucceſſorum, & pręſertim illis, quibus diſponitur, quòd per quodcumq. delictum etiam Criminis læſæ Maieſtatis in primo capite Statum prædictum Reu. Cameræ Apoſtolicæ applicari, & incorporari non poſſit, ſed ad filios & alios vocatos tranſeat quibus, & alijs in ſupradictis litteris Apoſtolicis, alijſq. Summorum Pontificum Conſtitutionibus, præſertim fel. rec. Sixti Papæ V. expreſsè, & ampliſſimè fuit derogatum, & licèt notum ſit, quòd omnibus ad Vrbem venientibus, tutus patet acceſſus. Nihilominus præmiſſo D. Duci ad quęcumq. bonum finem, & effectum de ordine prædicti Sanctiſs. D. N. Papæ Nobis oretenus

dato

dato, nondum condecentem comitiuam pro eius ſecuritate, & tuitione, ſed etiam ſaluumconductũ pro omni, & quocumq. alio delicto etiam Capitali, & Capitaliſſimo quãtumuis grauiſſimo, & ſpeciali nota digno, quamuis pro eo alias per quemcumq. D. Romanæ Curiæ Iudicem Ordinarium, vel delegatum monitus fueri pariter etiam omni alio meliori modo offerimus. Volumus autem præſens noſtrum monitorium in Alma Vrbe in Principis Apoſtolorũ Baſilicæ, & Cancellariæ Apoſtolicæ Valuis, & Acie Campi Floræ, ac Palatij dicti D. Ducis hic in Vrbe in Platea Ducis ſiti, & extrà Vrbem in Metropolitañ Bononieñ, & Cathedralis Ferrarieñ Eccleſiarum Valuis affigi, & per aliquod temporis interuallum affixum dimitti, illoq. poſtea indè amoto eiuſdem manuſcriptas copias, ſiue exempla in eiſdem locis affixas relinqui. Quo ſic executo, & in actis prædicti noſtri Notarij legitimè reproducto, ità eumdem Sereniſſimum D. Ducem afficere, & arctare volumus, ac ſi perſonaliter, aut magis legitimè executum foret, eiuſdem D. Ducis contumacia, vel abſentia in aliquo non obſtante. In quorum fidem &c. Dat. ex Palatio noſtræ ſolitæ reſidentiæ Anno à Natiuitate eiuſdem D. Noſtri Ieſu Chriſti milleſimo ſexcenteſimo quadrageſimo primo Indictione nona die verò vigeſima quinta Menſis Octobris, Pontificatus autem Sanctiſs. in Chriſto Patris, & D. N. D. Vrbani Diuina prouidentia Papæ VIII. anno decimonono.

Octauianus Raggius Auditor, & Iudex, Commiſſarius. Pro D. Dominico Fonthia Notario.

Antonius Raynaldus Connotarius.

Loco ✠ ſigilli.

Anno à Natiuitate D. N. Ieſu Chriſti milleſimo ſexcenteſimo quadrageſimo primo Indictione nona Pontificatus verò Sanctiſs. in Chriſto Patris D. N. D. Vrbani Diuina prouidentia Papæ Octaui Anno eius decimonono. Die verò vigeſima ſexta menſis Octobris Retroſcriptæ litteræ monitoriales affixę, & publicatę fuerunt in valuis Baſilicæ Principis Apoſtolorum, necnon in porta Palatij retroſcripti Sereniſsimi D. Ducis Parmæ, & Placentię, in Vrbe exiſtentis in Cancellaria Apoſtolica, & in Acie Campi Floræ in eiſdem locis per aliquod temporis ſpatium originalibus litteris appenſis, deindè amotis, ibique earum exemplis relictis, & affixis per me Heronymum Maſcellam Curſorem Apoſtolicum.

Die 29. menſis Octobris 1641. ſupradictæ litteræ monitoriales modo, & forma, prout in eis diſponitur fuerunt lectæ, & publicatæ in Eccleſia Metropolitana Ciuitatis Bononiæ per Lucham Luchinum Mazerium fori Eminentiſs. & Reuerendiſs. D. Card. Legati, d. Ciuitatis & poſtea illarum copia per eumdem affixa ad valuas eiuſdē Eccleſiæ, & aliàs latius prout apparet ex eius relatione à tergo earumdem litterarum originalium exiſtente, rogata per Coſimum Santuccium publicum Notarium & legalitate eiuſdem Eminentiſs. D. Cardinalis munita.

Die 29. Menſis Octobris 1641. ſupradictæ litterę monitoriales modo, & forma, prout in eis diſponitur fuerunt affixę, & publicatæ ad valuas Eccleſiæ Cathedralis Ciuitatis Ferrariæ per Carolum Mantuanum publicum nũcium criminalis Ciuitatis prædictę & aliàs latius prout apparet ex eiuſdem nuncij relatione à tergo earumdem litterarum originalium exiſtente rogata per Io. Baptiſtam Georgium publicum Notarium, & Cancellarium criminalem generalem & legalitate Communitatis eiuſdem Ciuiatis munita.

Digitized by Google

tarius huic S Sedi de Iure tenetur,& obligatus exiſtit, neſcitur quibus de cauſis motus, niſi ex ſuperiùs enunciatis indebitè, & de facto,non ſolùm in Ciuitatem Caſtri, eiusq. Arcẽ,& in alijs locis eiuſdẽ Status ex Ciuitate Parmæ, moſchettos tercentum,& maximam plumbi quantitatem tàm elaborati,quàm non elaborati ad multa librarum milliaria aſcenden. Conſiderabilemq.militum copiam aſcẽden. ad numerum biscentum ſexaginta circiter, inter quos etiam exteri aderant ſub Præfectura Delphini Angelerij, quẽ ad hunc effectum idem D. Dux ad Ciuitatem,& Statum prædictum miſit, ſed etiam Arma,& munitiones omnis generis in maximam copiam ibidem introduci ex alijs locis iuſſit, æneaq. tormenta muralia ſuper Curribus dictæ Ciuitatis validis Parietibus, mediante opera, & aſſiſtentia dicti Delphini diſponi curauit, & mandauit, necnon etiam idem D. Dux ad tantò magis obſtandum, & impediendum exequutionem Iuſtitiæ ad muniendam dictam Ciuitatem, Arcem, ac Terram Montis Alti, nec non Pontem Abbatiæ, aliaq. forſan eiuſdem ſtatus loca, ſuum applicauit animum, ad quem effectum alitèr, mediante opera dicti Delphini, aliorumq. eius miniſtrorum,& officialium pro maiori d. Ciuitatis,& Arcis munimento, & fortificatione maximam etiam aliorum militũ peditum, & Equitum quantitatem in prædicto Statu Caſtri Collectorum introduci, viamq. inter dictam Ciuitatem, & Terram Farneſij ſitam deuaſtari, & intercidi, ac propugnaculum versùs eamdem Ciuitatem reſpicieñ, necnon duo valla, vulgò dicta Fortini à capite Cauæ extrà præfatam Ciuitatem, & parùm ab ea diſtañ ædificari,& conſtrui; & pro eorum cuſtodia milites excubias, nocturnaſq. eorumdem militum vigilias apponere fecit,& mandauit, non ſine magna nondum Sanctitatis ſuæ, & Status Eccleſiaſtici, ſed etiam aliorum Principum, & Statuum, præſertìm viciniorum quietis perturbatione, & ſeditione reſpectiuè, vt eſt notorium, pro quorum militum ſubſtentatione, & alimento de eiuſdem D. Ducis, eiuſq. miniſtrorum mandato generalitèr in eodem Statu Caſtri omnia deſcripta fuere victualia ad effectum frumento, ordeo, vino, caſeo, carne ſalſa, ſtramitis, & lodicibus, alijsq. rebus, & bonis, quæ Terrigenis eiuſdem ſtatus ſupererant hac vtendi occaſione, & ad d. Ciuitatem Caſtri, aliaq. loca eiuſdem Status introduceñ,& tranſmitteñ; prout cum effectu ex prædictorũ præcepto per ſubditos eiuſdem Status coactos maximo eorum incommodo cum eorum beſtijs tranſmiſſa, & aſportata fuerunt vnà cum magna frumenti quantitate per ipſam Reu. Cameram Apoſtolicam à DD. Ioanne Baptiſta, & Alexandro de Siris empti,& ad eandem ſpectañ,& pertineñ, prædictæq. militum collectio, ac nouitates, vt ex proceſſu deſuper fabricato apparet ſequutæ fuerunt de ordine, mandato, & commiſſione ſupradicti D. Ducis ob ſupradictas diſplicentias, & egreſſerentias, quas d. D. Dux occaſione antedicti Iudicij iniuſtè ſuſcepit, & deniq. pro maiori delictorum cumulo publico omnium ſcandalo ex eadem Ciuitate Caſtri nuper fuerunt de ordine, & mandato d. Delphini aliqui eiuſdem Ciuitatis Incolæ expulſi, ſub prætextu, quòd Sedis prędictæ eſſent ſubditi, ac paritèr d.D.Ducis mandato in eodem Statu per eoſdem miniſtros, & officiales etiam fuit publicatum rigoroſum Edictum, quòd nullus ex militibus prҿmiſſi Status auderet extrà locum ſuæ ſolitæ habitationis pernoctare ſub pœna vltimi ſupplicij, & confiſcationis bonorum, ac ſub eiſdem pœnis, eos omnes promptos, & paratos eſſe debere cum eorum Armis, Equis, &

veſti-

Digitized by Google

D VRBANVS PAPA VIII. Ad futuram rei memoriam. Peruenit ad notitiam noſtram, non ſine animi noſtri perturbatione, quòd menſibus proximè elapſis dilectus filius nobilis Vir Odoardus Farneſius Parmæ, & Placentiæ Dux, ægreferens, & ad animum reuocans, quòd contra ipſum hic in Alma Vrbe noſtra cœptum eſſet iudicium ſuper ſolutione fructuũ decurſorum Montis Plani Abbatiæ, & montis Farneſij, ac ſuper alijs rebus eoſdem montes tangen. Montiſtarumq; intereſſe concernen. prout ex actis deſuper factis dicitur apparere, quę hic pro ſufficienter inſertis haberi volumus, cæperat in Ciuitate Caſtri, & in aliquibus alijs locis ſui Status, cuius fructus, & redditus pro montibus præfatis obligati exiſtunt multas introducere, ſeù introduci facere bellicas munitiones, Arma, milites, victualia diuerſasq. fortificationes ac propugnacula conſtrui ad impediendam paratam, & imminentem præmiſſorum occaſione ſuper dictis Ciuitate, & Statu exequutioné. Vndè Nos, cui ſummoperè cordi eſt, vt Cameræ, & Sedis Apoſt. Iura illæſa conſeruétur, & Ius ſuum vnicuiq. tribuatur, cauſas huiuſmodi, apparatus, & nouitatũ dilecto filio Magiſtro Octauiano Raggio Prothonotario Apoſtolico vtriuſq. Signaturæ noſtræ Referendario, & Cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ Auditori Generali per aliàs noſtras litteras in ſimili forma Breuis ſub die 17. Auguſti, & ſub die 20. Septembris proximè præteritorum quarũ literarum tenores hic pariter pro expreſſis ſufficienter haberi volumus reſpectiuè expeditas commiſimus. Quapropter fabricato ſuper præmiſſis proceſſu nedùm in Vrbe, ſed etiam in Prouincia Patrimonij, deuenit tandèm idem cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ Auditor ad tranſmiſſionem monitorij contra d. Ducem, in quo ſub diuerſis cenſuris, & pœnis eum monuit ad perſonaliter comparendum coram ipſo, & ſe expurgandum à præmiſſis, & alijs Criminibus per eum commiſſis, vt in eodem monitorio die vigeſimaquinta Octobris proximè præteriti expedito, cuius tenorem ſimiliter pro hic ſufficienter inſerto de verbo ad verbum volumus haberi. Et nè idem Dux non tutum ſibi ad Vrbem acceſſum patere poſſet prætexere, ſuaq; iura, quatenus ſuper præmiſſis haberet, deducere valeret; præfatus Auditor de ordine noſtro ipſi oretenùs dato, Duci prædicto in eodem monitorio ſaluum conductum ſuper alijs delictis, condecentemq. comitiuam obtulit modo, & forma ſequen. videlicet. Et licèt notum ſit, quòd omnibus ad Vrbem venientibus tutus patet acceſſus, nihilominus præmiſſo D. Duci ad quemcumq. bonum finem, & effectũ de ordine prædicti Sanctiſs. D. N. Papæ nobis oretenus dato, nednm condecentem Comitiuam pro eius ſecuritate, & tuitione, ſed etiam ſaluumconductum pro omni, & quocumq. alio delicto etiam Capitali, & Capitaliſſimo quantumuis grauiſſimo, & ſpeciali nota digno, quamuis pro eo aliàs per quemcumq. D. Romanæ Curiæ Iudicem Ordinarium, vel delegatum monitus fuerit pariter etiam omni alio meliori modo offerimus. Nos igitur oblationem Comitiuæ, & ſalui conductus, de quibus ſupra de ordine noſtro à dicto Octauiano Auditore factam, confirmantes, & approbantes vlteriùs ad omnem meliorem finé, & effectum eidem Odoardo Duci plenum, & ampliſſimum in fide Põtificia ac in verbo Romani Pontificis ſaluumconductum pro quibuſuis alijs delictis quantumuis atrociſſimis, & indiuidua expreſſione dignis etiam læſæ Maieſtatis in primo capite, exceptis tamen in omnibus, & ſingulis in prædicto monitorio contentis, denuò concedimus, necnon quamcumq. aliam ampliſſimam ſecuritatem, quam prædictus Odoardus Dux ob quamcumq. aliam cauſam, etiam ſub prætextu inimicitiarum

cum perſonis quantumuis qualificatis, & ſpeciali nota dignis, & ſub omni, & quocumq. alio prætextu, nullo penitus excepto, & excluſo etiam ſpeciali nota digno quomodocumq. ſibi concedi prętendat, ſeù prætendere poſſit, & valeat ad effectũ prædictum realiter, & cum effectu, & omni, & quocumq alio meliori, & ampliori modo, & forma, exceptis tamen, vt præfertur omnibus, & ſingulis criminibus in præfato monitorio contentis, harum ſerie, & per præſentes concedimus, ità tamen, vt ſi dictus Odoardus Dux, vt ſupra non comparuerit, nullam prorſus poſſit allegare cauſam non tuti acceſſus, manſionis, & receſſus, ob quam à non comparitione excuſari poſſit, & valeat. Declarantes etiã, quòd ſecuritas, & ſaluus cõductus, vt ſupra eidem Duci cõceſſi ſuffragari debeant etiã in diſceſſu ab Vrbe, & per menſem poſt, quatenus tamen à prædictis delictis in d. vltimo monitorio cõtentis abſolutus & liberatus euadat. Præcipimus propterea, atq. mandamus omnibus, & ſingulis Ven. Frat. Noſtris S.R.E. Cardinalibus etiam à latere Legatis, Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, necnon dilectis filijs Gubernatoribus, militum Ductoribus, Locatenentibus, omnibuſq. alijs quacumq. temporali, & Eccleſiaſtica Dignitate, & auctoritate fungentibus, Communitatibus, & Vniuerſitatibus quibuſcumq. ceteriſq. ſingularibus perſonis Status Eccleſiaſtici etiam indiuidua expreſſione dignis, & feudatarijs noſtris, & Sedis Apoſtolicæ quibuſcumq. quatenus eumdem Ducem in perſona, & in rebus, eiuſq. comitiuam, quam nolumus excedere numerum quinquaginta hominũ etiam armatorum quibuſuis armorum generibus, etiam offenſiuis, exceptis tamen piſtolis breuioris menſuræ duorum palmorum in eundo, ſtando, & redeundo per Statum Eccleſiaſticum ad ſupradictum effectum aliquo modo non moleſtent, neq. impediant, nec ab alijs moleſtari, nec quouis modo vexari, & impediri permittant, immò eumdem Ducem, Comitiuamq; ſuam, res, & bona, quæ ſecum, aut aliàs deferent, defendant, eiſq. omne auxilium, & fauorem omnem præſtent, & præſtari faciant ſub pœna indignationis noſtræ. Declarantes quòd per præſentem confirmationem, nouamq; conceſſionem ſecuritatis, & ſalui conductus, vt ſupra dicto Odoardo Duci factam non intendimus modo aliquo Iuribus Fiſco, & dictæ Cameræ quomodocumq. hactenus acquiſitis prę iudicare, nec curſum monitorij vltimo loco contrà ipsũ Ducem expediti (Cuius tamen terminum nonniſi à die affixionis prętentis, vt infrà faciendę currere volumus) impedire quominus ipſo non comparente, tranſactiſq. terminis tàm aſſignatis, quàm poſteà ſeruari ſolitis poſſit cõtra ipſum Ducem procedi, prout Iuris fuerit, & ad hoc ne dictus Dux vllo vnquam tempore prætendere, ſeù allegare poſſit ignorãtiam pręſentium noſtrarum litterarum Confirmationis, & Cõceſſionis ſalui conductus, & ſecuritatis decernimus, quòd eędem noſtrę litterę in Alma Vrbe in Valuis Baſilicarum S. Ioannis Lateranenſis, ac Principis Apoſtolorũ, & Palatij ipſius Ducis hic in Vrbe ſiti in Platea nuncupata del Duca, necnon in Acie Campi Florę affigãtur, & per aliquod temporis interuallum affixæ dimittantur illiſq. poſteà indè amotis, earumdem manuſcriptę copię, ſiuè exempla in eiſdem locis affixę, ſeù affixa relinquantur. Quibus ſic executis, & in actis dilecti filij Dominici Fonthię Cauſę Notarij legitimè reproductis, illas ità eumdem Ducem, alioſq prędictos arctare, & afficere volumus, & intendimus, ac ſi perſonaliter ipſi Duci, & alijs prędictis pręſentatę, & intimatę, vel magis legitimè exequutę fuiſſent non obſtan. fel. record. Bonifacij Papę VIII. prędeceſſoris noſtri de vna, & Concilij generalis de duabus dietis, aliiſq. Apoſtolicis etiam in Vniuerſalibus Concilijs ęditis generalibus, vel

ſpe-

Digitized by Google

ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, legibus quoq. etiam Imperialibus, & municipalibus ac quibuſuis etiam iuramento, Confirmatione Apoſtolica, vel alia quauis firmitate roboratis ſtatutis, & Conſuetudinibus etiam immemorabilibus. Priuilegijs quoq. Indultis, & litteris Apoſtolicis eidem Odoardo Duci, & quibuſuis alijs ſub quibuſcumq. tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijſq. efficacioribus & inſolitis clauſulis, irritantibuſq. & alijs decretis in genere, vel in ſpecie, ac aliàs in contrarium quomodolibet conceſſis, cõfirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & ſingulis etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis eorumq. totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeù quæuis alia expræſſio habenda, aut alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, ac forma in illis tradita obſeruata exprimerentur, & inſererentur, præſentibus pro plenè, & ſufficienter expræſſis, & inſertis haben. illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad effectum præmiſſorum ſpecialiter, & expræſsè derogamus, cæteriſq. contrarijs quibuſcumq. Dat. Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die nona Nouembris 1641. Pontificatus noſtri Anno decimonono. M.A.Maraldus.

Loco † Annuli Piſcatoris.

Anno à Natiuitate D. N. Ieſu Chriſti milleſimo ſexcenteſimo quadrageſimoprimo Indictione nona, Pontificatus verò SS. in Chriſto Patris, & D.N.D. Vrbani Diuina prouidentia Papæ VIII. anno eius decimonono, die verò 12. Nouẽbris, retroſcriptæ litteræ Apoſt. affixæ, & publicatæ fuerunt in valuis Principis Apoſt. necnõ in porta Palatij retroſcripti Sereniſs. D. Ducis Parmæ, & Placentiæ in Vrbe exiſtentis, in Eccleſia S. Ioannis Lateran. & in Acie Campi Floræ in eiſdem locis per aliquod temporis ſpatium originalibus litteris appẽſis, deindè amotis, ibiq. earum exemplis relictis, & affixis, per me Hieronymum Maſcellam Apoſtolicum Curſorem &c.

CHRISTI NOMINE INVOCATO Pro Tribunali ſedentes, & ſolum E
Deum præ oculis habentes, Per hanc noſtram ſententiam, quam de Iuris peritorũ conſilio ferimus in his ſcriptis in cauſa, & cauſis nobis à Sanctiſsimo D. N. Papa commiſſis, & coram nobis in prima vertente inſtantia inter Perilluſtrem, & Excellentiſs. D. Fauſtum Gallutium Fiſci Sanctiſs. D.N. Papæ, eiuſq. Reuerendæ Cameræ Apoſtolicæ Generalem Procuratorem Fiſcalem Actorem, & Promotorem ex vna & Sereniſſimum D. Odoardum Farneſium Parmæ, & Placentiæ Ducem Reum conuentum, inquiſitum, proceſſatum, præceptatum, & ad perſonaliter comparendum monitum de, & ſuper eo quòd cum aliàs, & de menſe Iulij proxime præteriti, ac alijs præcedentibus, & ſubſequẽtibus menſibus, & diebus pro publicę fidei conſeruatione, & ad conſulendum indemnitati Reuerendæ Cameræ prædictæ, & Montiſtarum Montis non vacabilis Plani Abbatiæ, & Montis Farneſij nuncupatorũ tàm Primæ, quàm Secundæ erectionis, & cuiuslibet ipſorum reſpectiuè fuiſſet neceſſe ad eorumdem, & Reuerendiſſ. Patris D. Commiſſarij Generalis eiuſdem Cameræ Inſtantiam coram Eminentiſſ. & Reuerendiſſ. D. Cardinali Camerario, & Congregationibus Montium, & Baronum, quibus ex ſpeciali prædicti Sanctiſs. D. N. Papæ commiſſione de eodem menſe Iulij proxime præteriti hæc cauſa fuit commiſſa contra prædictum D. Ducem agere, & ad diuerſos iudiciales actus procedere, & deuenire non ſolùm pro dictorum Montium extinctione fructuumq. à multo tempore citra decurſorum ſolutione, Verùm etiam quia præſcripta in Cedulis, & Motibus proprijs felicis recordationis Clementis Papæ VIII. & Sanctiſs. D. N. Papæ ſuper eorumdem Montium erectionibus emanatis, & Inſtrumentis deſuper celebratis non fuerunt ex parte eiuſdem D. Ducis adimpleta, quinimo in multis etiam fuit con-

contrauentum; Et propterea idem D.Dux ex quo, vt ex Proceſſu deſumitur, parum curauit prædictis eius Creditoribus ſatiſfacere, hoc Iudicium ægreferens, & ad animum reuocans; ac etiam timens mandatorum exequutiuorum relaxationem, illorumq; exequutionem contra eius bona Iuriſdictionalia, & non Iuriſdictionalia, & præſertim cótra Ciuitatem, & Statum Caſtri per ipſum in Prouincia Patrimonij S.Petri nuncupata poſſeſſum tamquam obligatum, & hypothecatum ad fauorem prædictorum Montiſtarum decreuit mediantibus infradicendis nouitatibus, & apparatibus paratam, & imminentem impedire exequutionem, illiq. ſe opponere. Vnde immemor debiti obſequij, reuerentiæ, & fidelitatis, quibus vti feudatarius Sanctę Sedi Apoſt. de iure tenetur, & obligatus exiſtit, neſcitur quibus de cauſis motus, niſi ex ſuperius enunciatis, indebitè, & de facto non ſolùm in Ciuitatem Caſtri, eiuſque Arcem, & in alijs locis eiuſdem Status ex Ciuitate Parmæ moſchettos tercentum, & maximam plumbi tàm elaborati, quàm nó elaborati quantitatem ad multa librarum miliaria aſcenden. conſiderabilemq. militum copiam ad numerum biscentum ſexaginta circiter aſcenden. inter quos etiã exteri aderant ſub Præfectura Delphini Angelerii, quem ad hunc effectum idem D.Dux ad Ciuitatem, & Statum prædictũ miſit, ſed etiam arma, & munitiones omnis generis in maximam copiam ibidem introduci ex aliis locis iuſſit, æneaq. Tormenta muralia ſuper Curribus dictæq. Ciuitatis parietibus mediante opera, & aſſiſtentia dicti Delphini diſponi curauit, & mandauit, necnon etiam idem D.Dux ad tantò magis obſtandum, & impediendum exequtionem Iuſtitiæ ad muniendum dictam Ciuitatem, Arcem, & Terram Mótis Alti, necnon Pontem Abbatiæ, aliaque forſan eiuſdem Status loca ſuum applicauit animum, ad quem effectum pariter mediante opera dicti Delphini, aliorumq. eius miniſtrorum, & officialium pro maiori dictæ Ciuitatis, & Arcis munimento, & fortificatione maximam etiam aliorũ militum peditum, & equitum quantitatem in ipſo Statu Caſtri collectorum introduci, Viamq. inter dictam Ciuitatem, & Terrã Farneſii ſitam deuaſtari, & intercidi, ac propugnaculum verſus eamdem Ciuitatẽ reſpiciens, necnon duo Valla vulgo dicta Fortini, à capite Cauæ extra prædictã Ciuitatem, & parum ab ea diſtantia ędificari, & conſtrui, & pro eorum cuſtodia milites, excubias, nocturnaſq. eorumdem militum vigilias apponi fecit, & mandauit non ſine magna nondum Sanctitatis Suæ, & Status Eccleſiaſtici, ſed etiam aliorum Principũ, & Statuum præſertim vicinorum perturbatione, & ſeditione reſpectiuè, vt eſt notorium, pro quorum militum ſubſtentatione, & alimento de eiuſdem D. Ducis, eiuſq. Miniſtrorum mandato, generaliter in eodem Statu Caſtri omnia deſcripta fuere victualia ad effectum frumento, ordeo, vino, caſeo, carne ſalſa, ſtramitibus, & lodicibus, aliiſq. rebus, & bonis, quę Terrigenis eiuſdem Status ſupererant, hac vtẽdi occaſione, & ad dictam Ciuitatem Caſtri, aliaq. loca eiuſdem Status introducẽdi, & tranſmittendi, prout cum effectu, ex prædictorum præcepto per ſubditos eiuſdem Status coactos maximo eorum incõmodo cum eorum beſtiis tranſmiſſa, & aſportata fuerunt vna cum magna frumẽti quantitate per ipſam Reuerendam Cameram Apoſtolicam à DD. Io. Baptiſta, & Alexandro de Siris empti, & ad eamdem ſpectantis, & pertinentis, prædictæq. militum collectio, & nouitates, vt ex Proceſſu deſuper fabricato apparet, ſequutæ fuerũt de ordine, mandato, & commiſſione ſupradicti D. Ducis ob ſupradictas diſplicentias, & ægreferentias, quas d. D.Dux occaſione antedicti Iudicii iniuſtè ſuſcepit. Et deniq. pro maiori delictorum cumulo publico omnium ſcandalo ex eadem Ciuitate Caſtri nuper fuerunt de ordine, & mandato

dato

dato dicti Delphini aliqui eiuſdem Ciuitatis Incolæ expulſi, ſub prætextu quòd eſſent ſubditi, & pariter de dicti D. Ducis mandato in eodem Statu per eoſdem miniſtros,& officiales etiam fuit publicatum rigoroſum Edictum, quòd nullus ex militibus prædicti Status auderet extra locum ſuæ habitationis pernoctare ſub pœna vltimi ſupplicij,& confiſcationis bonorum, ac ſub eiſdem pœnis eos omnes promptos & paratos eſſe debere cum eorum armis, equis, & veſtimentis ad effectum ſeſe conferendi ad dicta loca munita, aliaq. eiuſdē Status ad omne mandatum dictorum officialium, & miniſtrorum, & prout dictus D. Procurator Fiſcalis dixit, & aſſeruit apparere ex eodem Proceſſu deſuper fabricato, ad quem relationem haberi &c. Et licèt pro Iurium Romanę Eccleſiæ, Sediſq; & Cameræ prædictæ defenſione iniuſtis dicti D. Ducis Armis iuſta Romanæ Eccleſiæ arma rationabiliter opponere, nouitatesq. ſupradictas re ipſa facillimè tollere, idem Sanctiſſimus D. Noſter Papa meritò valuiſſet, tamen Sanctitas Sua ſuauia volens adhibere remedia, cunctari potius aliquandiù maluit,ad effectum videndi,an fortè dictus D. Dux reſpiciēs, & melius cogitans omnia prædicta, quæ fieri ità iniuſtè mandauerat reuocare, & in priſtinum ſtatum reducere curaſſet. Qua propter de ipſius Sanctiſſimi D. Noſtri ordine
99 ſub die vigeſima prima menſis Auguſti, & ſub die vigeſima quarta Septēbris proximè præteritorum, ſeu alijs verioribus temporibus fuerunt per Illuſtriſs. D. Auditorem Cameræ Prædeceſſorem noſtrum, nunc Eminentiſs. & Reuerendiſs. D. Cardinalem Raggium expedita monitoria ſeu præcepta contra eumdem D. Ducem, quatenus infra certum temporis ſpatium ſibi in eiſdem Monitorijs præfixum, & aſſignatum amouere, tollere, & reſpectiuè dirui facere omnino deberet omnes munitiones, & innouationes hactenus factas, & quæ dietim abſq. Sanctiſſimi D. Noſtri Papæ licentia, & beneplacito in Ciuitate, & Arce Caſtri, ac in Terra Montis Alti, alijſq. locis Ducatus, ſeu Status Caſtri fiebant, aliaſq. & reliqua quomodolibet innouata reuocare, & in priſtinum ſtatum reducere, reuocando, & dimittendo milites quoſcumq. introductos vltra conſuetum præſidium, cum expræſſa quoq. prohibitione alios quoslibet milites per ſe, vel alium, ſeù alios in prædictum Statum, & Ducatum, eiuſq. loca quæcumq. introducendi ſub comminatione certarum pœnarum in eiſdem monitorijs ſeù præceptis contentarum, & expræſſarum in euentum inobedientiæ, & contrauentionis cum inſertione de verbo ad verbum in eis prædictarum, & aliarum litterarum Apoſtolicarum vltimo loco ſub die 21. menſis Septembris expeditarum, ſeù &c. ac ſpeciali, & expreſſa derogatione omnium, & quorumcumq. Indultorum, & priuilegiorum prædicto D. Duci eiuſq; Anteceſſoribus, & ſucceſſoribus per quoſuis Romanos Pōtifices quomodolibet conceſſorum, & in ſpecie per fel. record. Paulum Papam III. & alias prout in ſupradictis Monitorijs, ſeù præceptis contra dictum D. Ducem non ſolùm iuxtà formam in eis præſcriptam, in Vrbe, & Ciuitatibus Bononienſi, & Ferrarienſi, Verùm etiam ex ſuper abundanti ad tanto magis eumdem D. Ducem diſponendum, primo dictum Monitorium etiā in Ciuitate Placētiæ ſub die 27. ſupradicti menſis, vbi de dicto tēpore d. D. Dux reſidebat, ac vltimo loco ſecundo dictū aliud Monitorium, ſeu præceptum in Vrbe ſub die trigeſima eiuſdem menſis Septembris, ſeu alio veriori tempore ex ſuperabundāti, & ad omnem alium meliorem finem, & effectum legitimè exequutum, & in actis reproductum plenius continetur, ad quæ in omnibus, & per omnia relatio habeatur.

Digitized by Google

tur. Et dum eumdem D. Ducem iuxta ſuum debitum præſertim verò prædictæ eiuſdem noſtri Prædeceſſoris, immo verius Apoſtolicæ primæ monitioni firmiter obtemperaturum, omniaq. in priſtinum ſtatum reducturum, debitamq. obedientiam, & filiale obſequium prædicto Sanctiſſimo D. Noſtro, Sanctæq; Sedi Apoſtolicæ delaturum eſſe ſperabatur, Idem D. Dux ſalutis ſuæ immemor in eius reſolutione adhuc perſeuerans huiuſmodi prædicti D. Auditoris Cameræ Prædeceſſoris noſtri, imò verius Apoſtolica mandata & præcepta adimplere, & exequi neglexit Immò munitiones, milites, & victualia prędicta in maximam copiam augeri fecit in graue animæ ſuæ detrimentum, Diuinæ Maieſtatis offenſionem, & prædicti Sanctiſſimi D. Noſtri Papæ, & Sedis Apoſtolicę contemptum, pernicioſumq. exemplum, & Chriſtifidelium ſcandalum manifeſtum Ad quas ſupradictas omnes nouitates tollendum ac etiam ad eumdem D. Ducem magis diſponendum, vt obediret, & adimpleret contenta in dictis litteris Apoſtolicis, & Monitorijs, ſeù præceptis idem Sanctiſſimus D. Noſter Papa, cui ex eius Paſtoralis officij debito ſummopere cordi eſt, vt Ius ſuum vnicuiq. tribuatur, & debita Sedi Apoſtolicæ, & præſertim à feudatarijs prę̨ſtetur obedientia, & ad omnem aliũ meliorem finem, & effectum coactus fuit maximo cum diſpendio Reuerendæ Cameræ Apoſtolicæ peditum, & equitum copias inſtruere, & in eodem Statu Caſtri ad prædictum, & ad omnem alium meliorem finem tranſmittere, à quibus eo quia prædicti Miniſtri, alijq. milites prędicti D. Ducis, adhuc in eorum inobedientia, & obſtinatione perſeuerabant, nedum expugnata fuerunt ſupradicta loca de ordine dicti D. Ducis munita, nempe Terra Montis Alti, & Arx in ea ſita, vnà cum Turri eiuſdem Terræ, ſeu Oppidi prope Marc poſita, & Pons Abbatiæ, eiuſq. Vallum, Verùm etiam alia Valla, ſeu propugnacula à capite Cauę extra eamdem Ciuitatem Caſtri, & pro illius maiori cuſtodia, & fortificatione vt ſupra conſtructa, & ædificata, necnon aliud propugnaculum extra eamdem Ciuitatem à parte ſuperiori ad prædictum effectum pariter ædificatum, & ipſamet Ciuitas cum omnibus alijs fortificationibus extra, & intus eam factis, & conſtructis; In quorum locorum expugnatione maxima interuenit de ordine dicti D. Ducis hoſtilis oppoſitio, & repugnãtia, exceptis tamen Terra Montis Alti, & eius Arce, ex quibus per aliquas horas ante aduentum ibidem Exercitus Pontificij quinquaginta circiter milites, qui ibidẽ ad ſe opponendum illius expugnationi, tranſmiſſi fuerant, magno terrore affecti cum eorum diuerſorum armorum generibus Caſtrum verſus aufugerunt, & Turri prædicta, ex quo Cuſtodes ipſius numero ſeptem circiter, licèt in prima monitione diſcedere recuſaſſent, tamen in ſecundo iuſſu Illuſtriſſ. & Excellentiſſ. D. Aloyſij Marchionis Matthæi Generalis Magiſtri Campi Exercitus Põtificij à diuerſis Equitibus grauis armaturæ ipſis facto ex ea diſceſſerunt, illamq. eidem Domino Marchioni quo ſupra nomine conſignauerunt cum omnibus tormentis magnis, & paruis, alijſq. munitionibus in ea exiſten. In Ponte autem Abbatiæ ad prædictum effectum ab hoſtibus abſciſſo, eiuſq. vallo ad eumdem effectum conſtructo, ſequenti die ſcilicet vigeſima nona prædicti menſis Septembris prę̨teriti, ſeù &c. aduerſus milites Pontificios, qui illius expugnationi incũbebant, multi exploſi fuerũt moſchettonum ictus. Vnde d. D. Marchio, ex quo milites numero quadraginta circiter, qui in eiſdem Ponte & Vallo ad pugnandum appoſiti fuerant, amicabiliter ex eis diſcedere recuſabant, immò hoſtiliter vt ſupra

Pon-

Pontificio exercitui ſe opponebant, fuit coactus pro illorum expugnatione quatuor magnorum tormentorum ictus explodere, quorum formidine hoſtes perterriti fugam tandem arripuerunt, in qua vnus ipſorum interfectus remanſit, & nonnulli alij à Pontificio exercitu captiui extiterunt. In acceſſu autem facto ab eodẽ exercitu ſub die ſexta mẽſis Octobris proximè præteriti, ſeu &c. propè dictam Cauam Ducales milites, qui in inſidijs ſe poſuerant ex improuiſo aduerſus Equites Pontificios ingentes paruorum tormentorum ictus exonerauerunt, à quibus vnus ex dictis Equitibus mortuus, & alij quatuor circiter vulnerati remanſerunt. Die vero octaua eiuſdem, ſeu &c. cum antedictus exercitus ad expugnationem dictorũ Vallorum propè dictam Cauam Fabricatorum ſe diſpoſuiſſet poſt maximam oppoſitionem ab hoſtibus ſibi factam, maximamq. Bombardarum, ac etiam tormentorum magnorum, & minorum quantitatem contra dictum exercitum exoneratorum eadem Valla expugnauit, licèt in huiuſmodi certamine nonnulli ex dictis Pontificijs militibus vulnerati, nouemque circiter ex hoſtibus mortui moſchettorũ ictibus remanſerint, multiq. alij intus Caſtrum ſe receperint. Et denique die decima, ſeu &c. ſupradicti menſis Octobris proximè præteriti idem exercitus proſequendo expugnationem aliarum fortificationum extra dictam Ciuitatem factarũ, ac etiam ipſiuſmet Ciuitatis, cuius occaſione etiam multa hinc inde exonerata fuerunt tormenta magna, & aliorum generum tàm muralium quàm manualium, ex quorum impulſu hoſtes prædicti die decimaquarta eiuſdem menſis Octobris, ſeu &c. coacti fuerunt Ciuitatem antedictam, aliaq. propugnacula deſerere, & ſub diuerſis pactis, & conuentionibus ab ipſa Ciuitate, & fortificationibus recedere, eamq. cum munitionibus, & victualijs præmiſſo Illuſtriſſimo, & Excellentiſſimo D. Marchioni quo ſupra nomine cõſignare, prout conſignarunt, hoſtesq. prædicti numero ſexcenti octoginta circiter, vltra maximum aliorum militum, peditum, & equitum numerum, qui poſt aduentum Pontificij exercitus in dicto Statu ex eadẽ Ciuitate, & Vallis, ſeu propugnaculis reſpectiuè aufugerunt vltra mortuos, & carceratos ex eadem Ciuitate vt ſupra diſceſſerunt, rebusq. alijs in actis cauſæ, & cauſarum huiuſmodi latius deductis, & illorum occaſione partibus ex altera. Quapropter inhærendo ſupradictis litteris Apoſtolicis in forma Breuis ſub diebus decimaſeptima menſis Auguſti, & vigeſima menſis Septembris proximè præteritorũ expeditis, ſeu &c. eidemq. D. Auditori Cameræ prædeceſſori noſtro nunc vt ſupra Eminentiſſimo D. Cardinali Raggio directis, & facultatibus in eiſdem litteris conceſſis, & attributis, ac etiam alijs noſtris facultatibus, & ex ſuperabundanti etiã illis à Sanctiſſimo Domino Noſtro nobis conceſſis in litteris Apoſtolicis expeditis ſub die vigeſima tertia Decembris proximè præteriti, ſeu &c. & alias omni meliori modo, firmiſq. & in ſuo robore permanentibus omnibus, & ſingulis proteſtationibus aliàs nedum per Reuerendiſſ. Patrem D. Ioannem Ghinũ eiuſdem Sanctiſſ. D. N. Papæ, eiuſq. Reu. Cameræ Apoſtolicæ generalem Commiſſarium, ſed etiam per ipſum D. Procuratorem Fiſcalem generalem factis, & per eũdem Auditorẽ Cam. prædeceſſorem noſtrum nunc Cardinalem Raggium admiſſis, viſiſque per Nos omnibus videndis, & cõſideratis conſiderandis; Chriſti nomine repetito. Dicimus, pronunciamus, declaramus, & ſententiamus, ſupradictum Sereniſſimum D. Odoardum Farneſium Parmæ, & Placentiæ Ducem tamquam de præmiſſis delictis, & crimini-

bus

Digitized by Google

bus repertum culpabilem, & de iure punibilem, & ob non factam coram nobis; ſeu prædicto D. Auditore Cameræ noſtro prædeceſſore in termino ſibi præfixo, & aſſignato perſonalem comparitionem, eorumdemq. delictorum contra ipſum obiectorum exculpationem, defenſionẽ, & expurgationem fore, & eſſe condemnãdum, prout illum per hanc noſtram ſentẽtiam condemnamus, & pro condemnato haberi volumus, & mandamus in pœnam confeſſatorum criminum, & delictorum prædictorum, de quibus imputatur, incurſuſq. in excommunicationem maiorẽ, à qua nonniſi à Sanctiſs. D. N. VRBANO, & Summo Pontifice pro tempore exiſten. præterquam in mortis articulo, & tunc cum reincidentia ipſo facto, quatenus cõualeſcat abſolui poſſit, aliaſq. Eccleſiaſticas cenſuras à Sacris Canonibus, Concilijs vniuerſalibus, Apoſtoliciſq. Conſtitutionibus, etiam in die Cœnæ Domini legi ſolitis, eumq. cum reſeruatione vt ſupra excommunicatum, & in ſupradictas cenſuras Eccleſiaſticas incurſum, & innodatũ eſſe decernimus, & propterea à fidelium conſortio diſiungimus, ſegregamus, ac ſeparamus, & pro diſiuncto, ſegregato, & ſeparato haberi volumus, ipſumq. ſic excommunicatum ab omnibus Chriſtifidelibus euitandum eſſe, prout euitari præcipimus, & mandamus, Nobiſq. ius, & facultatem in tredicto Eccleſiaſtico ſubijciẽdi omnes, & quoſcumq. dicti D. Ducis Status, Ciuitates, Terras, Caſtra, Villa, loca, & dominia quæcumq. eidem Duci ſubiecta, dictumq. interdictum in ampliſſima, & conſueta forma publicandi, & affigendi in locis nobis beneuiſis iuxta facultates nobis attributas reſeruamus; Necnon rebellionis, criminis læſæ Maieſtatis in primo capite, deuolutionis, confiſcationiſq. dicti Ducatus, & Status, & aliorum quorumcumq. feudorum, Ciuitatum, Terrarum, Caſtrorum, locorum, Dominiorum, actionumq. & Iurium etiam indiuidua expreſſione dignorum, ac bonorum quorumcumq. feudalium, & non feudalium, ſtabilium, mobilium, ſemouentium præſentium, & futurorum vbiq. exiſten. Reu Cameræ Apoſtolicæ applicandorum, & incorporandorum, prout ſupradictum Ducatum, & Statum, & alia quæcumq. feuda, Ciuitates, Terras, Caſtra, loca, dominia, bonaq. omnia feudalia, & nõ feudalia, cæteraq. alia bona mobilia, ſtabilia, ſemouẽtia, præſẽtia, & futura vbiq. exiſtentia, iuraq. & actiones quaſcumque ad ipſum D. Ducem quomodocumque, & quouis titulo, & prætextu ſpectantes, & pertinentes, ſeu habere prætendentem eidem Reuerendæ Cameræ Apoſtolicæ applicamus, & incorporamus, & pro applicatis, & incorporatis haberi volumus, & mandamus. Necnon eumdẽ D. Odoardum priuandum fore, & eſſe, prout per hanc noſtram ſententiam ipſum cum effectu priuamus omnibus, & quibuſcumq. dignitatibus, etiam Confaloneriatu, quas, & quem ipſe à Sede Apoſtolica, alijſq. inferioribus Eccleſijs quomodocumq. habet, & tenet, habereq. & obtinere prætẽdit, eumdemq ad illas, & illum impoſterũ obtinendum perpetuo inhabilitamus, priuatumq. & inhabilitatum eſſe reſpectiuè, necnon pro priuato, & inhabilitato vt ſupra haberi volumus, & declaramus: Ac vlterius eumdem D. Odoardum pariter condemnandum fore, & eſſe, prout eum condemnamus, & pro condemnato haberi volumus, & mandamus ad reſtitutionẽ totius quantitatis frumẽti per dictos eius Miniſtros ablati, et ad dictam Ciuitatem Caſtri tranſmiſſi ad Reu. Cam. Apoſtolicã ſpectantis ſeu illius valoris, ac etiam ad reficiendum Reu. Cameræ omnia, et ſingula damna, expenſas, et intereſſe per eamdẽ Cameram occaſione dictarum nouitatũ ha-

hactenus factas, et paſſas, et in futurum faciendas, et patiendas coram nobis, vel quo de iure taxandas, et liquidandas. Pro quorum omnium, et ſingulorum ſupradictorum exequutione mãdata quæcumq. exequutiua, et alia deſuper neceſſaria, et opportuna ad fauorem Fiſci, et Reu. Cameræ Apoſtolicæ, ac etiam Cedulones prædictæ excommunicationis, aliarumq. cenſurarum prædictarum contra eumdẽ D. Odoardum decernimus, relaxamus, & exequi, affigique, & publicari reſpectiuè mandamus. Et ita dicimus, pronunciamus, declaramus, decernimus, relaxamus, ſententiamus, & exequi mandamus non ſolùm modo, & forma præmiſſis, verùm etiam omni, & quocumque alio meliori modo &c.

Ita pronunciaui Ego Marius Theodolus Aud. & Iud. dep.

Dominicus Fonthia cauſ. Curiæ Cameræ Apoſtolicæ Not.

Lecta, lata, & in his ſcriptis promulgata uit ſupradicta Sententia per eumdem Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. D. A. C. Romæ in Palatio ſuæ ſolitæ reſidentiæ Anno à Natiuitate D. N. IESV CHRISTI Milleſimo ſexcenteſimo quadrageſimo ſecundo, Indictione decima, die verò 13. menſis Ianuarij, Pontificatus autem Sanctiſſ. in Chriſto Patris, & D. N. D. VRBANI Diuina Prouidentia Papæ VIII. Anno decimonono, præſentibus DD. Auguſtino Theulo: & Ceſare Columna ambobus Romanis Connotarijs teſtibus &c.

Dominicus Fonthia Not.

SERENISSIMVS D. Odoardus Farneſius Apoſtolica auctoritate declaratur Excommunicatus maiori Excõmunicatione, ac etiam incurſus, & innodatus aliis cenſuris Eccleſiaſticis tàm in ſacris Canonibus, Conſtitutionibus Apoſtolicis, Concilijſq. vniuerſalibus, quàm etiam in Bulla in die Cœnæ Domini ſingulis ãnnis legi ſolita contentis, & à fidelium conſortio diſiunctus, ſegregatus, & ſeparatus, à qua, & quibus nonniſi à Sanctiſſ. D. N. & Romano Pontifice pro tempore exiſtente, præterquam in mortis articulo conſtitutus, & tunc cum reincidentia eo ipſo poſtquam conualuerit, abſolui poſſit pro delictis, & criminibus per eumdem D. Odoardum, & de eius ordine, & mandato commiſſis, pro quibus in ſupradicta ſententia per nos lata in ſupradictas cenſuras Eccleſiaſticas, & alias pœnas fuit condemnatus iuxta formam, & tenorem eiuſdem ſententiæ, ad quam &c. & propterea tamquam Excommunicatus, & ſupradictis cenſuris Eccleſiaſticis innodatus, & illaqueatus ab omnibus Chriſtifidelibus euitetur, donec, & quouſq. abſolutionis beneficiũ ab eodem Sanctiſs. D. N. ſeu à Romano Pontifice pro tempore exiſtente obtinuerit Inſtante Perilluſtr. & Excellentiſſ. D. Fauſto Gallutio Fiſci Sanctiſs. D. N. Papæ, eiuſq. Reu. Cam. Apoſt. generali Procuratore Fiſcali.

Marius Theodolus Aud. & Iudex dep.

Dominicus Fonthia Not.

Amouentes, lacerantes, ſeu quomodolibet deturpantes ſint ipſo facto eiſdem Excommunicatione maiori, & cenſuris innodati, & Excommunicati vt ſupra.

Marius Theodolus Aud. & Iudex dep.

Dominicus Fonthia Not.

Ottauiano della Santa Romana Chieſa, Prete Cardinale Raggio del titolo di S. Agoſtino.

HAuendo Noi letto vn libro ſtampato con il titolo. Vera, & ſincera relatione delle raggioni del Duca di Parma contro la preſente occupatione del Ducato di Caſtro. Nel quale ſi aſſeriſce, che per parte di eſſo Duca fu fatta vna proteſta, nella quale ricuſaua ſoſpetti l'Audi-

tor della Camera, e tutti l'altri Miniſtri di Noſtro Signore nello Stato Eccleſiaſtico, come dependenti dal Sig. Cardinale Barberino, & che detta ricuſatione per vn ſpeciale Procuratore alli 23. di Settembre fu preſentata aſſieme con vn memoriale diretto à Noſtro Signore in mano propria noſtra all'hora Auditore della Camera, & Giudice deputato, & come più pienamente ſi contiene in detto libro Facciamo piena fede, & in parola di Cardinale, & in altro qualſiuoglia miglior modo, atteſtiamo, che nè ſotto il ſudetto giorno 23. Settembre 1641. nè in altro tempo per parte del ſudetto Signor Duca, ò ſuoi Miniſtri, ouero di altri ci è già mai ſtata preſentata la ſudetta ſcrittura di recuſatione, e proteſta, ò altra ſcrittura di ſorte alcuna. E perche conſti queſta verità, ſi come ce ne ſiamo dichiarati con altri Signori Cardinali, cò Signori Miniſtri de Prencipi, che riſiedono in queſta Corte, & con ogni ſorte di perſone, ſecondo, che hà portato l'occaſione, così ne facciamo in ſcritto la preſente indubitata fede fermata di noſtra mano in Roma li vij. di Agoſto 1642.

Io Ottauiano Cardinal Raggio.

G CVm autem omiſſis alijs prædictus Cæſar Monitioni, requiſitioni, citationi, & inhibitioni Noſtris ſupradictis parere, ac Ciuitatem, & Ducatum Ferrariæ, aliaſque Ciuitates, Terras, Caſtra, loca, fortalitia, membra, iuriſdictiones, cæteraque ſupradicta ab ipſo de facto occupata, Nobis, & Romanæ Eccleſiæ, & Sedi, & Cameræ prædictis libera reſtituere, & dimittere diſtulerit, quinimo Ciuitates, Terras, Caſtra, loca, fortalitia, & alia præfata militibus, atq. armis diligentius inſtruxerit, commeatum comportauerit, Ferrarienſis ditionis fines, quà maximè ſtatum noſtrum immediatè nobis, & Sedi, ac Cameræ prædictæ ſubiectum pertingunt, præſidijs firmauerit, atque etiam aggeribus, & vallo de nouo communiuerit, quod ex forma, & tenore inueſtiturarum, etiam legitimis, & veris Ducibus minime licuiſſet, & præterea per productionem, & exhibitionem cuiuſdam ſcripturæ in procuratorio mandato ſuperius dicto, in ſextis pro declinatione videlicet iudicij noſtri, in huiuſmodi cauſa; inter alia, aliquos Iudices ſibi confidentes per nos deputari, etiam contra capitulorum, & conuentionum inter Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, & dicti Alphonſi anteceſſores initarum continentiam, & tenorem inſteterit, vt iura ſua coram eis probare poſſet, quæ tamen apud Nos, & Sedem Apoſtolicam nunquam legitimè probauit, & denique proceſſum, ſententiam, mandata, & monita noſtra prædicta neglexerit, in graue animæ ſuæ detrimentum, in Diuinæ Maieſtatis offenſionem, ac noſtræ, & Apoſtolicæ Sedis contemptum, pernicioſumque exemplum, & Chriſtianorum omnium ſcandalum manifeſtum excommunicationis maioris, anathematis, maledictionis, aliarumque cenſurarum pœnas Eccleſiaſticas, contra Ciuitatum, Terrarum, locorum, bonorum, & iurium, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ inuaſores, & occupatores, per diuerſas Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum Conſtitutiones, ac per litteras die Cœnæ Domini ſingulis annis legi ſolitas, & per Sacros Canones generalium Conciliorum, ac præſertim œcumenici generalis Concilij Tridentini Decreta, nec non etiam per litteras noſtras monitoriales, inhibitorias ſupradictas inflictas damnabiliter incurrendo &c.

Die 19. Decembris 1537.

SAnctiſſimus Dominus Noſter qui nuper Ciuitatem Caſtrenſem in Patri- H

trimonio Beati Petri conſiſtentem in Ducatum cum Iuribus inſignijs &c. Ducalibus erexerat, illudq. D. Petro Aloyſio de Farneſio conceſſerat, & omnes alias Ciuitates, & Terras, tàm per Sanctitatem Suam dùm in minoribus erat, quàm ſuos aſcendentes poſſeſſas, & per eamdem Sanctitatem Suam dicto Petro Aloyſio, & Octauio eius filio conceſſas inuicem perpetuò vniuerat, ac quod poſt dictum Petrum Aloyſium, dictus Octauius, & ſucceſſiue ille ex ſuis, & dicti Octauij deſcendentibus, qui pro tempore eſſet Primogenitus tantùm excluſis omnibus alijs tàm maſculis, quàm fœminis in huiuſmodi Ducatu ſuccederet, & alijs maſculis certa portiò fructuum eiuſdem Ducatus pro victu, & veſtitu tantùm, excluſis etiam me, & D. Raynutio germano meo etiam ipſius Domini Petri Aloyſij filijs, quibus aliunde prouiſum extitit, ac fęminis competens dos daretur, & alia circa modum ſuccedendi in Ducatu huiuſmodi ſtatuerat, nec non Ducatum huiuſmodi, ac Ciuitates, Terras, & omnia loca ſub illo comprehenſa à Camera Apoſtolica, & Prouincia Patrimonij, reſeruato tamen Sedi Apoſtolicæ ſupremo Dominio ſeparauerat, ac Domino Petro Aloyſio, & Octauio præfatis, ac alijs Ducibus pro tempore exiſtentibus merum, & mixtum Imperium, ac gladij poteſtatem, ac quæcumque alia regalia etiam cum facultate cudendi etiam aureos, & alias monetas, ac imponendi gabellas, & extrahendi frumenta, & omnia alia faciendi, quæ alij Duces Apoſtolica, vel Cæſarea auctoritate creati faciebant, vel facere poterant, ac honores, & inſignia, aliaque Ducalia cum Decreto, quòd ad tantùm onera ſubeunda quæ alij Barones, & Domicelli, Romani qui in diſtrictu Vrbis conſtituti ſubeunt, conceſſerat erectionem, vnionem, ſtatuum ſeparationem, & conceſſionem huiuſmodi, ac omnes, & ſingulas gratias Immunitates, libertates, & quaſcumque abſolutiones tàm criminales, quàm ciuiles, & tàm per Sanctitatem Suam. quàm eius Prædeceſſores factas, & conceſſas, cum innouatione, & noua conceſſione illarum, ac omnes, & ſingulas ſupradictas, ac quaſcumq; alias remiſſiones, reſtitutiones, reintegrationes, Inueſtituras, & quaſuis alias Conceſſiones tàm eidem Petro Aloyſio, & Octauio, quam mihi, & alijs ipſius Domini Petri Aloyſij filijs, ac maioribus noſtrum cuilibet factas, & conceſſas, ac etiam ſingulas deſuper confectas litteras cum ſuppletione Iuris, & facti, ac ſolemnitatum, defectuum, ſiqui forſan interuenerint in eiſdem confirmauit, & approbauit, & perpetuæ firmitatis robur obtinere decreuit. Voluitque, & conceſſit Sanctitas Sua litteras Apoſtolicas de, & ſuper omnibus præmiſſis cum pleniori, & veriori præmiſſorum omnium ſpecificatione, & obmiſſione, ac dictarum litterarũ in tota, vel in parte inſertione, & expreſſione, vel proinſertis, & expreſſis habitione latiſſimè abſoluens etiam &c. & aliàs prout in cedula deſuper conficienda continebitur in omnibus, & per omnia iuxta illius tenorem etiam per quemlibet ex nobis ſeparatim expediri poſſe.

Digitized by Google

Digitized by Google